DE SERVITUTE ANTIQUA ET RELIGIONE CHRISTIANA CAPITA SELECTA

PARS PRIOR

J. J. KOOPMANS

DE SERVITUTE ANTIQUA ET RELIGIONE CHRISTIANA CAPITA SELECTA.

PARS PRIOR.

UNIVERSITAS LIBERA REFORMATA AMSTELODAMENSIS.

DE SERVITUTE ANTIQUA ET RELIGIONE CHRISTIANA CAPITA SELECTA.

PARS PRIOR.

DISPUTATIO LITTERARIA QUAM ANNUENTE SUMMO NUMINE EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI H. H. KUYPER, THEOL. DOCT., IN FAC. THEOL. PROF. ORD., PRO GRADU DOCTORIS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO AC SOLLEMNI EXAMINI SUBMITTET IN AEDIBUS QUIBUS NOMEN „DE WERKENDE STAND"

JOCHEM JAN KOOPMANS
E PAGO HEERJANSDAM

DIE VIII M. JUL. A. MCMXX HORA IV.

GRONINGAE—HAGAE COMITUM
IN AEDIBUS SOCIETATIS CUI NOMEN: J. B. WOLTERS.
MCMXX.

PATRI ET UXORI MEIS.

Cum iam in eo sit ut studiis meis academicis finem imponam, facere non possum quin vobis, Viri clarissimi, Universitatis Liberae Reformatae Professores, quorum institutione fruebar, gratum testificer animum.

Primum in mentem revoco Virum clarissimum J. Woltjerum paucis ante annis cum maximo dolore omnium, qui eum noverant, a suis et ab omnibus Litterarum peritis et studiosis morte abreptum, cuius de Encyclopaedia Philologiae et de Litteris Latinis scholarum semper gratam tenebo memoriam.

Deinde tu nominandus es, clarissime R. H. Woltjer, promotor aestumatissime, cuius non solum de Litteris Graecis scholis, sed etiam egregiis per tot annos impertitis consiliis frui mihi licebat. Tu semper id egisti ut me in disputatione mea conscribenda adiuvares. Te semper humanitatem erga me summam praestitisse, te magna benevolentia disputationem meam recensere voluisse, te imperito peritum saepissime aliam atque meliorem viam monstravisse, gratissimo animo semper reminiscar.

Vos, clarissime W. Geesink, qui Philosophiae historiam atque elementa Psychologiae et Logicae me docuisti, clarissime C. van Gelderen, cuius de Lingua Hebraica et Archaeologia Sacra, clarissime H. Bavinck, cuius de Aesthetica lectionibus interfui, grato animo prosequar.

Etsi tuus, clarissime F. W. Grosheide, discipulus ut fuerim, mihi non contigit, tamen magnas tibi quoque gratias ago, quod me in argumento magna ex parte ad Novum Testamentum spectante, cum bibliotheca tua, quae mihi patebat, tum consiliis utilissimis saepe adiuvisti.

Ad extremum omnibus, qui consiliis dandis et libris commodandis mihi in opusculo meo conscribendo faverunt, in quibus eos, qui Bibliothecis Campensi et Groninganae praesunt, primos nomino, gratias ago.

—

Quod non contigit, ut disputationem mihi propositam, ad finem perducerem, valde doleo. Cum munus praeceptoris, mihi multis iam ante annis impositum, tum studia propter officia militaria plus quam biennium intermissa, praesertim vero argumentum ipsum, quod latius patere quam initio cogitavissem, postea apparuit, ea omnia effecerunt, ut fieri non potuerit, ut ad finem propositum in quaestiones inquirerem, quin etiam ut ad quaestiones ipsas, quas indagare in animo habueram, pervenire non potuerim. Ne promotionem in multos annos differrem, hanc partem priorem ut in lucem ederem, mihi benigne concessum est. Quae huic volumini addenda sunt, haec fere sunt:

[Cap. III] § 2. Quid scriptores Christiani usque ad IV p. C. n. saeculum de servitute iudicaverint.

Caput IV. Quibus causis condicio servorum usque ad IV[um] p. C. n. saeculum mutata sit.

§ 1. Quaenam mutata sint.

§ 2. Quid philosophiae antiquae, imprimis Stoïcae, debeatur.

§ 3. Quid causis q. d. oeconomicis, debeatur.

§ 4. Quid Religioni Christianae debeatur.

Caput V. Quibus causis factum sit, ut servitus in imperio Romano paulatim evanuerit.

PROOEMIUM.

Inter eos, qui in studium Novi Testamenti et Christianitatis antiquissimae incubuerunt, non solum theologi sunt, sed etiam multi viri philologi [1]), sociologi et politici, iurisperiti [2]), medici [3]) inveniuntur. A theologis, qui studio Novi Testamenti dediti sunt, ceteras disciplinas neglegi non posse, hodie magis magisque agnoscitur. Hic ad ea sola reicio, quae v. Nathusius [4]) et Troeltsch [5]) de quaestione, quae dicitur sociali, scripserunt.

Ut proximis imprimis decenniis ea, quae ad tempora prima Christiana pertinent, magis innotuerint, praesertim effectum est papyris, quarum ingens copia adhuc ex parte tantum nota est.

De hominibus, qui aetate, qua Christus natus est, vixerunt, iam rectius iudicari potest. Vitam familiarem atque cotidianam pauperum, mores eorum simplices, omnes res parvulas, quae eis cordi fuerunt, antea fere ignorabamus [6]). Homines eiusmodi plerique scriptores antiqui non curabant. Hi vero homines non eruditi, hi tenuiores, plurimi in papyris ostracisque inveniuntur [7]), quos inter Christianos

---

1) Cf. Joh. Weiss, Die Aufgaben der neutestamentlichen Wissenschaft in der Gegenwart [1908], p. 3, qui Fr. Blass, E. Schwartz, P. Wendland imprimis nominat.

2) Cf. Fr. Sieffert, Das Recht im Neuen Testament [1900], pp. 3 sq.; O. Eger, Rechtsgeschichtliches zum Neuen Testament [1918], passim.

3) Cf. P. Fiebig, Die Aufgaben der neutestamentlichen Forschung in der Gegenwart [1909], pp. 5 sq.; affert W. Ebstein, Die Medizin im Neuen Testament und im Talmud [1903].

4) M. von Nathusius, Die Mitarbeit der Kirche an der Lösung der sozialen Frage [[1] 1895, [3] 1907].

5) E. Troeltsch, Die Soziallehren der christlichen Kirchen und Gruppen (= Gesammelte Schriften, Bd. I) [1912].

6) Cf. R. H. Woltjer, Het Woord Gods en het Woord der Menschen [1913], p. 367.

7) Cf. U. Wilcken in: L. Mitteis und U. Wilcken, Grundzüge und Chrestomathie der Papyruskunde, I (Historischer Teil) [1912], p. XV: „Vielleicht das schönste aber an diesen neuen Quellen ist, dasz sie uns durch einen Zeitraum von mehr als Tausend Jahren hindurch das wirkliche Leben in Groszen und Kleinen mit packender Deutlichkeit vor Augen führen." Vide etiam quae Stanislaus Witkowski in praefatione ed. I[ae] Epist. priv. Graec. (= ed. II[ae] p. XIX) annotat: „„Documenta humana" illa digna sunt, quae legantur, cum nulla alia antiquitatis monumenta vitam cotidianam istorum temporum tam vividis coloribus tamque fideliter nobis depingant."

quoque ipsos antiquissimos non defuisse, notum est [1]). Num mirum est studium earum papyrorum Novi Testamenti scientiae magnopere prodesse?

Studio papyrorum factum est, ut Paulus apostolus, ut unum exemplum afferam, multis ex partibus melius intellegi possit [2]). Cum antea fortasse magis, quam aequum erat, de theologia ac doctrina eius ageretur, nunc dilucidius hominem ipsum videmus [3]).

Neque vero id solis papyris ostracisque debemus, sed universo studio historiae cum religionis tum iuris temporis q. d. Hellenistici, quae hodie in omnes partes investigantur et conferuntur cum Iudaeorum et Christianorum cultu et humanitate [4]). Quibus studiis de Hellenisticae aetatis historia, de moribus institutisque, de rebus vitae cotidianae ac familiaris, de hominum popularium condicionibus, multa, quae antea obscura manserant, nunc demum clara facta sunt.

Attamen cum inter homines fidem Christianam profitentes fuerint, qui iudicarent ad interpretandum Novum Testamentum ea, quae aliunde nota essent, nullius aut parvi momenti esse, atque doctrinam Christianam omnibus partibus contrariam esse opinionibus superioris et suae aetatis [5]), atque inter viros philologos multi ea, quae ad Novum Testamentum spectant, prorsus neglexerint [6]), iamnunc

---

1) Cf. Ad. Deissmann, Das Urchristentum und die unteren Schichten [2 1908] et praesertim: Licht vom Osten [2.3 1909], passim. Deissmann tamen numerum hominum pauperum Christianorum, mea quidem sententia, aliquanto maiorem censuit, vide R. H. Woltjer, o. l. p. 384 2; Wendland, D. L. Z. [1908], coll. 3141—3147; infra Cap. III, § 1, F.

2) Cf. F. W. Grosheide, Nieuw-Testamentische Exegese [1912], p. 14: „Wat is er al niet gehandeld over het leersysteem van Paulus of Johannes. Thans slaat men een anderen, en, naar ik vast geloof, beteren weg in. Men ziet personen, menschen, menschen van gelijke beweging als wij. Niet geleerden, maar waarlijk voelende menschen." Vide etiam E. von Dobschütz, Probleme des apostolischen Zeitalters [1904], p. 60, qui p. 61 monet, ut modus servetur.

3) Hic affero Ad. Deissmann, Paulus, Eine kultur- und religionsgeschichtliche Skizze [1911], et P. Wernle, Paulus als Heidenmissionar [2 1909].

4) Imprimis P. Wendland hac in re optime meritus est: Die Hellenistisch-römische Kultur in ihren Beziehungen zu Judentum und Christentum [1 1907, 2.3 1912].

5) Vide ea, quae de his hominibus disseruit R. H. Woltjer, o. l. pp. 74—80. cf. p. 74: „De klassieke oudheid is dan alleen de wereld, die in het booze ligt, waarin geen goed woont, en die dus ook geen goed kan doen. Wat er nog voor deugdelijks in wordt gevonden, dat is ontleend aan Christendom en Jodendom of nog verder terug."

6) Cf. R. H. Woltjer, o. l. pp. 232 sq.; De jongste onderzoekingen over de rede op den Areopagus en de Christelijke beschouwing der oudheid [1917], p. 8; v. Christ-Schmid, Griech. Litt. Gesch. II, 2 [5 1913], pp. 907 sqq.

altera ex parte plurimi homines docti putant discernendum non esse inter „Verbum Dei" et „Verbum hominum" [1]), atque doctrinam Christianam totam fere emanasse ex opinionibus eorum temporum [2]).

Quae duo vitia qui vitare conantur, omnia, quae ad scripta divina melius intellegenda usui sunt, gratis animis accipiunt. Ubique apparet inter religionem Christianam et cultum atque humanitatem Hellenistici temporis haud paucas rationes intercessisse [3]) et omnia ad fidem Christianam accipiendam parata fuisse. Re vera id quod dicitur τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν [Eph. 1[10]] appropinquaverat.

Studio autem earum rerum, quae ad has rationes spectant, non solum multae quaestiones novae, sed etiam magnae difficultates exortae sunt, quare cavendum est, ne nimium probare conemur [4]).

Iam vero una ex iis quaestionibus, quae cum rationibus inter doctrinam Christianam et mores antiquos intercedentibus cohaerent, in servitute iudicanda posita est. Operae pretium esse videtur scire, quomodo Christus ipse, quomodo Christiani antiquissimi de servitute cogitaverint.

Quae quaestio hodie non tanti momenti est, quanti erat, cum servitus nondum sublata esset, sed arte cum vita oeconomica cohaereret. Tunc enim theologi, politici, sociologi inquirebant, utrum servitutem tolli Novi Testamenti doctrina iuberet an vetaret. Utraque opinio defendebatur. Contra eos qui, nitentes iudicio N. Ti. servitutem defendebant [5]), alii censebant, N. Tum. servitutem condemnare ut alienam a dignitate humana.

1) Cf. R. H. Woltjer, W. G. W. M., p. 53,

2) Cf. P. Biesterveld, De Jongste Methode voor de verklaring van het N. T. [1905]; R. H. Woltjer, o. l. pp. 57—74.

3) Cf. P. Biesterveld, o. l. p. 86: „Naar ik meen, hebben wij door deze beweging [i. e. quae dicitur Religionsgeschichtliche Schule] de roeping, om het verband tusschen algemeene en bijzondere openbaring meer dan ooit belijnd uit te spreken; voorts het concrete in de Schrift meer nog dan tot dusver te doen uitkomen, en hetgeen daarmee in verband staat, ernstig te onderzoeken."

4) Vide ea, quae E. Preuschen commemorat B. Ph. W. [1906], col. 747; R. H. Woltjer, o. l. pp. 52 sq.

5) Ita J. E. J. Capitein, Dissertatio Politico-Theologica de servitute libertati christianae non contraria [1742]. De hoc homine, qui e servo nigritano sacrorum antistes ecclesiae, quae dicitur Protestantis, factus erat, egit A. Eekhof, De Negerpredikant Jacobus Elisa Joannes Capitein, Bijdrage tot de kennis van onze Koloniale Kerkgeschiedenis [in Ned. Arch. v. Kerkgesch., N. S. XIII, 2], pp. 138—174, 209—276 qui, postquam ea, quae hac Dissertatione continentur, comprehendit, ita pergit, pp. 163 sq.: „De Maecenaten van het Hallet-fonds [quibus audientibus Capitein disseruit] hebben met dit pleidooi ingestemd, want anders hadden zij er hunne goedkeuring niet aan gehecht; professor Van den Honert, een man van grooten invloed in zijne dagen, heeft de plechtigheid met zijne

Sed ne nostris quidem temporibus, quibus servitus nusquam fere iam existit, est cur hanc quaestionem neglegamus, quippe quae non iam ipsa ad usum et mores societatis hodiernae spectet, quae tamen imprimis magni sit momenti in historia intellegenda et in Christianorum veterum opinionibus aestimandis.

Rogatur enim, quomodo ante Christiana tempora servi aestimati et tractati sint, quomodo in servitute rationes, quae inter doctrinam Christianorum et gentilium intercedebant, iudicandae sint, utrum religio Christiana effecerit ut condicio servorum melior fieret necne, quibus causis factum sit ut servitus in imperio Romano paulatim evanuerit.

Quae cum quaestiones solutae erunt, maior exorietur. Si con-

---

tegenwoordigheid opgeluisterd; de Bewindhebberen gevoelden zich gestreeld; en er is geen spoor van te vinden, dat iemand in ernst eenig bezwaar geopperd heeft, integendeel, de verhandeling werd in het Nederlandsch vertaald, in gedichten verheerlijkt, en beleefde in eenige maanden vier drukken. Zóó waren toen de tijden. Zoo sprak deze vrijgemaakte neger zich uit over de slavernij van zijn eigen volk. Voor de afschaffing der lichamelijke slavernij gevoelde men in het midden der 18e eeuw nog maar zeer weinig."

Idem fere Conventus Ecclesiae Reformatae, qui habitus est in regione Americae, cui nomen est Carolina quae ad meridiem spectat, statuit (verba affero ex Nathusii opere Die Mitarbeit cett.[1] p. 320): „Bei Cuvier a. a. O. S. 49 [i. e. l'épître à Philémon, 1876] finde ich ein Dokument von hohem Interesse für die Stellung der Kirche zu den sozialen Fragen. Es ist der Beschlusz einer reformierten Synode von Süd-Karolina. Er wendet sich gegen diejenigen, welche die Sklaverei mit den göttlichen Gesetzen für unvereinbar halten und setzt fest:

1°. dasz wie das Königreich unseres Herrn nicht von dieser Welt ist, seine Kirche kein Recht hat irgend eine menschliche Einrichtung und Ordnung politischer und bürgerlicher Art abzuschaffen, zu ändern oder zu mäszigen.

2°. dasz die Sklaverei existiert hat von den Tagen der frommen Sklavenhalter Abraham, Isaac und Jacob an, die jetzt im Himmelreiche sind, bis zur Zeit, wo der Apostel Paulus einen Flüchtling seinem Herrn Philemon zuwandte und diesem Sklavenhalter einen christlichen und brüderlichen Brief schrieb, der noch in unserem Kanon steht. So hat also die Sklaverei seit den Tagen der Apostel existiert und existiert auch heute noch.

3°. Es steht fest, dasz wie die gegenseitigen Pflichten von Herr und Sklaven in der heiligen Schrift beschrieben und auf dieselbe Weise wie die von Vater und Sohn, Mann und Frau, so auch die Sklaverei dem Wille Gottes nicht entgegen ist, und dasz, wer ein zu zartes Gewissen hat, um die Rechtmäszigkeit dieser Einrichtung anzuerkennen „gerechter ist als sich geziemt und weiser als geschrieben ist". Er hat sich unter ein menschliches Joch gebeugt, seine Freiheit geopfert und hat aufgegeben das untrügliche Gotteswort gegen Einbildungen und Satzungen der Menschen."

tigerit, ut indicatum sit, quomodo Christus ipse, quomodo Apostoli de servitute cogitaverint, quomodo Christiani antiquissimi servos tractaverint, haud paulum contributum erit ad maius illud investigandum: quam rationem, dico, intercedere oporteat inter doctrinam Christianam et quaestiones oeconomicas horum temporum.

Hoc vero opusculo in omnes eas quaestiones inquirere non possumus, neque novam et iustam de iis rebus sententiam defendere conabimur. Id solum spectamus, ut opinionibus virorum doctorum inter se comparatis, investigemus, quid de servitute ante Christiana tempora notum sit, ut statuamus, quid doctrina Christiana, in N. To. patefacta, de servitute iudicaverit.

Deinde obiter tantum aliam quaestionem perstringemus, cum quaestione praecedenti arte cohaerentem, quae non solum in universum spectet ad rationes inter doctrinam Christianam et cultum atque humanitatem antiquam intercedentes, sed etiam ad servitutem. Apparet enim non paucas res, ad religionem pertinentes, esse, quae vocabulis vitae cotidianae significatae sint. Quas notiones ut recte intellegamus, facere non possumus, quin investigemus, quam vim voces significantes habuerint, quam significationem ei, qui primi epistulas legerunt, iis attribuerint [1]). Inter eas notiones haud minimum obtinent locum eae, quae vocabulis iuris illustrantur, quas praesertim Pauli epistulae multas exhibent.

Neque hoc de singulis solis vocabulis, sed etiam de sententiis dicendum est. Ut exemplum afferam, Epistulae Pauli ad Gal. cap. 4[i] vss. 1—8 non satis perspicere possumus, nescientes, quae iura liberorum et servorum fuerint [2]).

---

[1]) Cf. Joh. Weiss, Aufgaben, pp. 52 sq.: „Je mehr das Religionsgeschichtliche Vergleichungsmaterial anwächst, um so deutlicher erkennen wir, in welchem erstaunlichen Masze die Begriffe, Bilder, Anschauungsformen, in denen die neue Religion ihr eigenes Wesen sich und anderen zum Bewusztsein gebracht hat — in der Lehre und im Kultus — aus der jüdischen und heidnischen Umgebung entlehnt sind. Im Grunde genommen ist das nichts anderes, als was wir auf dem engeren sprachlichen Gebiet beobachtet haben. Wie es ganz selbstverständlich ist, dasz die alten Christen im römischen Reiche die Sprache ihrer Umgebung gesprochen haben, so ist es auch nicht zu verwundern, dasz sie im religiösen Denken und Handeln sich der Formen und Kategorieen bedient haben, die damals im allgemeinen Gebrauch waren und so auch für den Gebrauch der Christen fertig da lagen. Der Historiker, der seine Arbeit in dem Nachweis dieser „Abhängigkeiten" erschöpft sieht, macht seinem Namen wenig Ehre. Die feinste, reizvollste Aufgabe bleibt da noch übrig, nämlich zu zeigen, wie die alten Formen nun durch die Christen ihrem eigenen Leben assimiliert worden und so in einer neuen Umgebung selber etwas neues und Eigentümliches geworden sind."

[2]) Cf. H. Lietzmann, Die Briefe des Apostels Paulus, Die vier Hauptbriefe (Handb. z. n. T. III, 1 [1910]), ad Gal. 4[1].

Hoc quoque in argumentum complures tales voces sententiaeque cadunt, de quibus infra [1]) pauca scripturi sumus.

Priusquam ad res ipsas transgredimur, nonnulla proponemus de iis, qui usque ad hunc diem cum in universum de his rebus, tum praecipue de servitute disseruerunt.

---

1) Rogatur enim, quae vis attribuenda sit iis, quae, ut exemplum afferam, P. Wendland de Deissmanni studiis scripsit: „Formen und Anschauungen der sacralen Freilassungsurkunden und andere rechtliche Gebräuche spiegeln sich in den Briefen des Paulus wieder und beeinflussen stark seine Lehre von der Erlösung." (D. L. Z. [1908] col. 3144); vide infra Cap. III, § 1, C.

CAPUT PRIMUM.

QUID ALII DE UNIVERSA QUAESTIONE IUDICAVERINT.

Multum abest, ut hic adumbremus opiniones omnium, qui in universum de rebus oeconomicis antiquis scripserunt. Nonnullas tantum sententias recentioribus temporibus promptas commemorabimus. Quod de proximis imprimis decenniis agimus, mirandum non est si consideraveris, nostris temporibus in eas res identidem inquiri, cum quaestiones ad societatem vitae pertinentes multorum animos ad se convertant. Quare fit, ut multi historici id praesertim temporis magis quam antea investigent, quae condiciones oeconomicae, quae rationes societatis hominum antiquorum fuerint, quo modo quaestiones ad societatem civilem pertinentes olim solutae sint [1].

A. Boeckhium, qui opere celeberrimo: „Die Staatshaushaltung der Athener" [2] eorum studiorum fundamenta iecit, primo pauci tantummodo secuti sunt, in quibus laudo B. Büchsenschütz [3], sed postea multi viri docti his rebus operam dederunt, inter quos nonnullos tantum commemoro, Beloch [4], v. Pöhlmann [5], Ed. Meyer [6],

---

1) Vide quae de his novis historiae conscribendae rationibus disseruit K. J. Neumann, Entwicklung und Aufgaben der alten Geschichte [1910]; P. J. Blok, De geschiedenis als sociale Wetenschap [1894].

2) I, II [1817], III [1840], [²1851], [³(ed. a M. Fränkel) 1886].

3) B. Büchsenschütz, Besitz und Erwerb im Griechischen Alterthume [1869].

4) K. J. Beloch, Die Bevölkerung der Griechisch-Römischen Welt [1886]. Griechische Geschichte, I, 2, [²1913], qui monet, ut a periculis caveatur, cum eiusmodi historiae conscribendae ratione conexis, in: Griechische Geschichte seit Alexander [Gercke-Norden, Einl. in die Alt. Wiss., III [² 1914] p. 159].

5) R. von Pöhlmann, Geschichte des antiken Kommunismus und Sozialismus [1893]. Altera editio inscribitur: Geschichte der sozialen Frage und des Sozialismus in der antiken Welt, I, II, [1901].

6) Ed. Meyer in opere notissimo Geschichte des Altertums. Data opera in: Die wirtschaftliche Entwicklung des Altertums [1895] (etiam in: Kleine Schriften I, [1910] pp. 79—168); Die Sklaverei im Altertum [1898] (= Kleine Schriften I, [1910] pp. 169—212).

von Wilamowitz, Niese [1]), qui omnes in conscribenda historia magis, quam antea factum erat, in res oeconomicas inquirunt, historiam antiquam saepe conferentes cum iis, quae nostra aetate geruntur.

Post eos alii, quemadmodum iam antea Rodbertus [2]) et Bücher [3]) aliqua ex parte fecerant, praecipue historiae oeconomicae antiquae („Antike Wirtschaftsgeschichte") operam dederunt [4]). „Wirtschaftsgeschichte des Altertums," inquit K. J. Neumann, „wurde Mode," et recte addit: „es gibt auch Zweckmäszige Moden" [5]).

Eam historiae conscribendae rationem etiam studio N. Ti. usui esse, et magis magisque futuram esse, copiosius probare iam opus non est.

Quod tamen hanc novam viam historici ineunt, aliis quoque rebus debemus. Omnibus enim ex partibus vita hominum antiquorum illustratur, nec minime maxima multitudine papyrorum et ostracorum, de quibus, quantum usque ad annum 1899 nota erant, U. Wilcken scripsit „Wirtschaftsgeschichtliche Beobachtungen" [6]). Post eum plurima opera, quae in papyris explanandis versantur, in lucem edita sunt [7]).

---

1) Ulr. v. Wilamowitz-Moellendorf, Staat und Gesellschaft der Griechen, et B. Niese, Staat und Gesellschaft der Römer, in: Kultur der Gegenwart II, IV, 1 [1910].

2) Cf. Zur Geschichte der agrarischen Entwicklung Roms (in: Jahrb. f. Nat. Oekon. und Stat. II [1864]); Zur Geschichte der römischen Tributsteuern seit Augustus (ibidem IV, [1865]).

3) Die Entstehung der Volkswirtschaft, Vorträge und Versuche [[1] 1893], [[9] 1913].

4) Ex operibus, hodie iam innumerabilibus, pauca tantum commemoro: O. Neurath, Antike Wirtschaftsgeschichte [1909]; Max Weber, i. v. „Agrargeschichte" [I, Agrarverhältnisse im Altertum] in lexico: Handwörterb. der Staatswissenschaften, I [[3] 1909], pp. 52—188; L. Bloch, Soziale Kämpfe im alten Rom [[3] 1913]. Singulas res oeconomicas tractant M. Rostowzew, Der Ursprung des Colonats. Beiträge zur alten Geschichte, I [1902]; H. Bolkestein, De colonatu Romano ejusque origine, [1906]; P. Guiraud, La propriété foncière en Grèce [1893], La main d'oeuvre industrielle dans l'ancienne Grèce [1900], Études économiques sur l'antiquité [1905]; P. Louis, Le travail dans le monde romain [1912]; H. Francotte, L'industrie dans la Grèce ancienne, I, II, [1900 1]; alii.

5) Entw. u. Aufg., p. 67.

6) U. Wilcken, Griechische Ostraka aus Äg. u. Nubien, I [1899] pp. 664—704. De servitute agit pp. 687—704: „Die Sklaverei und die freie Arbeit".

7) Vide i. a. indicem operum usque ad annum 1905 editorum apud N. Hohlwein, La papyrologie grecque [1905]; L. Mitteis-U. Wilcken, Grundzüge und Chrestomathie der Papyruskunde I, 1, 2; II, 1, 2 [1912]; W. Schubart, Einführung in die Papyruskunde [1918] C. Wessely, Aus der Welt der Papyri [1914], pp. 81—106.

Quod ad N. Tum. illustrandum, hic laudandus est primus Ad. Deissmann, qui crebris scriptis [1]) vitam hominum antiquorum explanavit [2]).

Inter papyros, quae ipsae ad servitutem pertinent [3]), hic imprimis affero tabulas manumissionum [4]), quae in historia servitutis describenda non sunt neglegendae, cum ea, quae iam ex inscriptionibus [5]) nota erant, multis locis augeant [6]).

Omnia ea studia, cum theologorum, tum oeconomicae disciplinae peritorum et aliorum, permulta attribuerunt ad prima tempora Christiana cognoscenda. Ut omittam Karl Kautsky [7]), qui reli-

---

1) A. Deissmann, Bibelstudien, Beiträge zumeist aus den Papyri und Inschriften, zur Geschichte der Sprache, des Schrifttums und der Religion des hellenistischen Judentums und des Urchristentums [1895]; Neue Bibelstudien, Sprachgeschichtliche Beiträge zumeist aus den Papyri und Inschriften, zur Erklärung des N. T. [1897]; Licht vom Osten [2. 3. 1909]; Das Urchristentum und die unteren Schichten [1908].

2) Cf. H. Windisch, Das Neue Testament im Lichte der neu gefundenen Inschriften, Papyri und Ostraka (in N. J. kl. A. [1910]) p. 221: „Die Theologie hat diesen aristokratischen Sinn im Zeitalter des Sozialismus nunmehr abgelegt; Deissmanns Buch [Licht vom Osten] hat für die von Praktikern längst verfochtene These, dasz neutestamentliches Christentum und sozialer Geist eng zusammengehören, nun endgültig auch den wissenschaftlichen Erweis gebracht. Und wir dürfen nicht verschweigen, dasz es die Philologie gewesen ist, die ihm bei dieser Arbeit der Rückeroberung des Neuen Testamentes für die unteren Schichten durch ihre gelehrten Ausgaben und Bearbeitungen der neuen Texte wesentliche Dienste geleistet hat. Auch die klassische Altertumswissenschaft hat ihr bisheriges aristokratisch-humanistisches Gepräge ablegen müssen, gezwungen durch die Entdeckung eines auch ihr bisher wenig bekannten, nun aber auch ihr Interesse beanspruchenden Volkstums."

3) Cf. Dikaiomata, ed. Graeca Halensis [Pap. Hal. 1], [1913], p. 164.

4) Vide B. G. U. I, 96, 326; P. Oxy. I, 48, 49, 50; II, 349; III, 494; IV, 716, 722, 723; P. Edmondstone; P. Eleph. 3, 4; alias.

5) Cf. Dareste-Haussouillier-Reinach, Recueil des inscriptions juridiques grecques, II [1904], pp. 233—318.

6) Cf. A. Calderini, La manomissione e la condizione dei liberti in Grecia [1908].

7) Karl Kautsky, Die Entstehung des Christentums. Eine historische Untersuchung [1908]; Cf. G. A. van den Bergh van Eysinga, Karl Kautsky's opvatting van het Oudste Christendom aan de bronnen getoetst [1911]; H. Windisch, Der Messianische Krieg und das Urchristentum [1904]; H. Köhler, Sozialistische Irrlehren von der Entstehung des Christentums und ihre Widerlegung [1899]; F. X. Kiefl, Die Theorien des modernen Sozialismus über den Ursprung des Christentums [1915].

gionem Christianam a proletariis esse creatam dicit, et Kalthoff [1]), qui putat eam ortam esse „aus sozialistischen Tendenzen, aus Emanzipationsgelüste des Proletariats," multi viri docti ad haec studia incubuerunt, qui tamen alii aliud sentiunt.

Sunt, qui iudicent nullas rationes intercedere inter religionem Christianam et quaestiones oeconomicas. Credunt, Christum omnino non cogitavisse de hisce rebus, eum cultum atque humanitatem sui temporis prorsus neglexisse.

Contra eos alii contendunt mutationes non solum in legibus ferendis, sed etiam in vita oeconomica universa factas, novae religioni imprimis multum debere [2]).

Similem in modum etiam ei, qui de rationibus, quae inter servitutem et religionem Christianam intercedunt, egerunt, opiniones interdum paene contrarias protulerunt.

Etsi iam ante servitutem sublatam etiam inter homines doctos erant, qui eam ut congruentem cum religione Christiana vindicarent, nitentes interpretatione sua Sacrae Scripturae [3]), contra permulti ad opinionem prorsus diversam pervenerant, servitutem ut contrariam religioni Christianae impugnantes eamque tollere conantes.

Imprimis temporibus bellorum servilium, quae superiore saeculo (1861—1865) in America septentrionali civitates, quae in septentriones spectant, gesserunt cum civitatibus ad meridiem vergentibus, tales rixae oriebantur.

Nec tamen post servitutem sublatam homines docti inter se semper consentiebant de rationibus inter servitutem et religionem

---

[1]) Br. Kalthoff, Das Christusproblem. Grundlinie zu einer Sozial-Theologie [1902, [2]1903], Die Entstehung des Christentums. Neue Beiträge zum Christusproblem [1904].

Vide de eo P. Biesterveld, J. M. p. 27: „Hij [Kalthoff] gaat nog een stap verder en verklaart heel het Christendom naar marxistisch-materialistische theorie. . . . . . Het Christendom is niets dan een sociale beweging van het joodsche slavenproletariaat in Italië, onder invloed van de religieuze ideeën van het Jodendom. Daarom is het kruis, de schandpaal der slaven, zijn banier. De geschiedenis van de worsteling dezer nieuwe beweging is de geschiedenis van Christus en van het Christendom, voorgesteld onder de gefingeerde gestalten van het evangelie."

[2]) Cf. inter vetustiores: de Rhoer, Dissertatio de effectu religionis christianae in jurisprudentiam Romanam [1776]; M. Troplong, De l'influence du Christianisme sur le droit civil des Romains [[1]1844, 1855, nouvelle éd. commentée aux points de vue philosophique, juridique et theologique de tous les temps par l'abbé Bayle 1902]; C. Schmidt, Essai historique sur la société civile dans le monde romain et sur sa transformation par le Christianisme [1853].

[3]) Vide supra pp. 3 sq.

Christianam intercedentibus, id quod mirandum non est si consideramus fieri non potuisse, si omnia clara atque aperta fuissent, ut alteri servitutem defenderent, alteri reicerent, utrique argumentis usi, e Vetere et Novo Testamentis sumptis.

Universam historiam quaestionis hic peragrare longum est, neque opus esse puto. Quae tamen hisce temporibus, postquam fere ubique servitus sublata est, de hac re disputantur, paulo uberius exponenda sunt, ut videamus, quas partes quaestionis accuratius investigare debeamus, quas solum attingere satis sit.

Quid Christiani antiquissimi de servitute iudicaverint, usque ad hunc diem viris doctis non iam satis constat.

1um. Primum sunt, qui putent imprimis ecclesiam Christianam studuisse et effecisse, ut servitus leniretur et paulatim tolleretur.

2um. Alii iudicant cum philosophiam humanitatemque antiquam, tum religionem Christianam id quidem intendisse, ut servorum condicio melior fieret, nec tamen umquam id spectavisse, ut servitus omnino tolleretur, quippe quod alienum esset a cogitatis illius aetatis.

3um. Postremo inveniuntur, qui neque religionis Christianae neque philosophorum praecepta hac in re magni momenti fuisse, sed condiciones oeconomicas, rationem rerum procreandarum mutatam, interitum servitutis effecisse arbitrentur.

ad 1um. Inter eos, qui religioni Christianae soli laudem servitutis lenitae et paulatim sublatae attribuunt, imprimis scriptores Catholicae religionis nominandi sunt.

In his primarium obtinet locum P. Allard[1]). Qui quae investigavit, paucis ita comprehendit [2]): Neque philosophos neque iurisconsultos, neque religionem humanitatemque Romanam quicquam attribuisse ad servitutem mutandam. „On a vu", inquit, „à toutes les pages de ce livre, ce que le christianisme a fait pour les esclaves. Et l'on se rend compte que tout ce qu'il a fait, il a été seul à le faire."

Allard aggreditur [3]) eos, qui negent, religionem Christianam quicquam attribuisse ad servitutem tollendam: „. . . . Une récente école historique," inquit, „a entrepris de contester la part qui revient au christianisme dans la déstruction de l'esclavage et, en général, dans le progrès intellectual, moral et social accompli depuis dix-huit siècles. À la tête de cette école s'est placé M. Havet,

[1]) P. Allard, Les esclaves chrétiens depuis les premiers temps de l'église jusqu' à la fin de la domination romaine en occident [[1] 1876, [5] 1914]; cf. eiusdem auctoris: i. v. Esclavage, Dict. apologétique I; i. v. Slavery, The Catholic Encyclopedia XIV [1912].

[2]) Les escl. chrét., [5] pp. 473—479.

[3]) O. l. in prooemio editionis I^ae^ (= [2] p. VI).

et son livre sur le Christianisme et ses origines, 1873, en est le plus remarquable manifeste," et concludit [1]): „À mes yeux, l'histoire interrogée sans parti pris, démontre que le Christianisme a été la cause du progrès moral accompli depuis son avènement, et que sans lui l'esclavage, ce péché originel des antiques civilisations n'eût point disparu de ce monde."

Affirmat [2]) opinioni adversariorum suorum Havet [3]), J. Denis, Renan, Paul Janet, non iam multos viros doctos in Franco-Gallia accedere: „Il [i. e. sententia eorum virorum] commence à être abandonné même par les esprits les plus affranchis de toute préoccupation d'apologétique chrétienne."

Sed hisce temporibus novam opinionem ortam esse: eorum, qui historiam ita intellegant, ut praecipue rationem habeant rerum, quae in materia positae sint. Etsi Allard concedit [4]): „Sans doute on se tromperait en ne tenant point compte, en histoire, de la répercussion des phénomènes économiques sur les modifications sociales," tamen his causis primarium locum attribuere non vult: „Au lieu d'être la cause unique ou principale, l'évolution économique paraissait ainsi l'effet de causes plus hautes" [5]).

Cum Allardio vetustiores et recentiores multi consentiunt, inter alios H. Wallon, qui de servitutis antiquae universa historia copiose egit [6]). Inquisivit [7]), quid praeceptis religionis Christianae, quid philosophiae Romanae in condicione servorum mutanda debeatur. Postquam verba Pauli Apostoli laudavit, quae sunt: „Non

---

1) O. l. [2] p. V.

2) O. l. [5] pp. VII sq.

3) E. Havet, Les origines du Christianisme I [[2]1873], p. XXIV, qui haec scribit: „Il n'y a pas de plus grandes illusions que peuvent se faire les croyants, que leur obstination à faire honneur au Christianisme et à l'Église de l'abolition de l'esclavage; quand il est certain que l'esclavage antique a subsisté dans l'empire chrétien comme dans l'empire païen, qu'il a duré assez avant dans le moyen âge, que le servage existait encore en France à la veille de la Révolution; que l'esclavage des noirs s'est établi sous le règne de l'Église; qu'il persiste encore aujourd'hui dans deux États, et que ces deux États sont catholiques; qu'il n'a commencé à tomber que depuis le dix-huitième siècle, c'est à dire depuis que les Églises menacent ruine; et qu'à l'heure qu'il est, la Papauté, qui condamne si facilement et si imprudemment tant de choses, n'a pu encore se résoudre à le condammer"; quae verba affert F. Overbeck, Ueber das Verhältniss der alten Kirche zur Sclaverei im römischen Reiche (in: Studien zur Geschichte der alten Kirche, I[es] Heft [1875], pp. 158—230), pp. 164 sq.

4) O. l. [5] p. XI.

5) O. l. [5] p. XII.

6) H. Wallon, Histoire de l'esclavage dans l'antiquité I, II, III [[1]1847, [2]1879].

7) O. l. vol. III[o].

est Iudaeus, neque Graecus; non est servus, neque liber: non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu (Gal. 3^{28})" [1]), pergit: „Ainsi se résolvent, en un mot, les questions tant agitées des philosophes et des politiques; ainsi vont s'effacer toutes les ombres des systèmes, comme à l'aurore d'un jour nouveau" [2]). . . . . „Ainsi," inquit [3]), „l'égalité, la liberté, régneront dans le monde, et l'Église, dès le premier jour, commence à leur frayer la voie, la voie marquée par les traces du Christ."

Cum Marquardt quoque opere notissimo [4]) eandem fere sententiam [5]) defenderit inde ab anno 1864, factum est, ut per multos annos plurimi alii idem senserint. Huic enim opinioni inter alios favebant Möhler [6]), Hefele [7]), Baur [8]), C. Schmidt [9]), Luthardt [10]), Uhlhorn [11]). Uhlhorn, qui religionis Reformatae sectator erat, his verbis sententiam suam declarat: „Erst als gepredigt wurde: „Welche der Sohn frei macht, die sind recht frei," erst als der verkündigt wurde, der selbst die Gestalt eines Knechtes angenommen hat und den Sklaventod am Kreuze gestorben ist, erst da brach auch für die Sklaven der volle Tag der Freiheit an, den ihnen weder die Theorien der Stoiker noch Senecas schöne

---

1) O. l. III p. 1.
2) O. l. III p. 2.
3) O. l. III p. 3.
4) Becker-Marquardt, Handbuch der römischen Alterthümer V, 1 [1864], p. 202. Deinde: Das Privatleben der Römer I [[1] 1879], p. 190, [[2] 1886 (A. Mau)] (= Handbuch der röm. Alterthümer von J. Marquardt und Th. Mommsen VII).
5) Cf. Privatleben, [1] pp. 187—191. „Drei Gründe waren es hauptsächlich, welche diese Veränderung herbeiführten. Zunächst wurde die theoretische Ansicht von der Sclaverei eine andere und dies ist ein Verdienst der Philosophie der Kaiserzeit (p. 187), ... zweitens die Veränderung der politischen Verhältnisse (p. 189), ... mehr als das Ausleben des Alterthums hat endlich auf die Lage der Sclaven das Auftreten des Christenthums Einfluss gehabt" (p. 190).
6) J. A. Möhler, Bruchstücke aus der Geschichte der Aufhebung der Sclaverei durch das Christenthum in den ersten XV Jahrhunderten [1834] (= Gesammelte Schriften und Aufsätze. Herausgegeben von Döllinger [1839, 40] II pp. 54—140).
7) Hefele, Sclaverei und Christenthum, in: Beiträge zur Kirchengeschichte, Archaeologie und Liturgik [1864] I pp. 212 sqq.
8) F. C. Baur, Das Christenthum und die christliche Kirche der drei ersten Jahrhunderte [[2] 1860], pp. 481 sq.
9) C. Schmidt, Essai historique sur la société civile dans le monde romain et sur sa transformation par le christianisme [1854].
10) Luthardt, Vorträge über die Moral des Christenthums [[2] 1873].
11) G. Uhlhorn, Der Kampf des Christentums mit dem Heidentum [[4] 1886]; De servitute agit pp. 120—129.

Worte von der Menschenwürde je hätten bringen können" [1]).

Inter recentiores, qui hanc sententiam defendant, imprimis A. Steinmann nominandus est [2]).

N. J. Singels [3]) quoque eadem fere concludit [4]): „Hoe meer het Christendom met zijn prediking van liefde en zachtmoedigheid terrein wint, den bodem daartoe bereid aantreffende door toedoen der Stoa, des te meer wordt het onderscheid tusschen slaven en vrijen een uiterlijke en toevallige verhouding. Des te meer ook groeit het besef dat dit onderscheid niet is een civiel-rechterlijk maar een zedelijk verschil: . . . . maar meer dan de uitputting, het uitleven der oudheid, heeft het optreden van het Christendom zijn invloed doen gelden en dat niet slechts van den tijd af toen het als Staatsgodsdienst optrad. Het Christendom erkende nimmer de slavernij, het beschouwde deze als een rechtsverkrachting, als een wanverhouding, die, jà, kan worden verdragen zooals elke levenstoestand geduld moet worden, maar die verzacht dient te worden door de vriendelijke behandeling van de zijde des meesters.

Wij zeiden het tevoren reeds: de kerk heeft de slavernij niet opgeheven. Zij zag daarin een gevaar èn voor de gemeenschap èn voor de slaven zelf. Zij heeft ook de overgeërfde vooroordeelen van de oudheid slechts langzaam en geleidelijk overwonnen, maar wèl heeft zij van den aanvang af, de dienstbaarheid als een voorloopigen toestand beschouwd en de geleidelijke afschaffing er van als een haar opgelegde taak opgevat.

Deze taak heerlijk te hebben vervuld tot bevrijding van een ontzaglijk groot deel van het menschdom mogen het Christendom en zijn verbreiders zich tot een onvergankelijke eer rekenen."

Th. Brecht [5]) existimat religionem quidem Christianam intendisse, ut servitus penitus evanesceret, sed ecclesiam Catholicam impedivisse ne statim tolleretur. Protestantismum q. d. demum effecisse, ut servitus tolleretur, id quod multo prius factum esset, nisi ecclesia degeneravisset. Vehementer eam ob rem in

---

1) O. l. pp. 128 sq.

2) A. Steinmann, Sklavenlos und alte Kirche, eine historisch-exegetische Studie über die soziale Frage im Urchristentum [1 2 1910] (= Apologetische Tagesfragen, 8. Heft); Paulus und die Sklaven zu Korinth, 1 Kor. 7, 21 aufs neue untersucht [1911].

3) N. J. Singels [De Romeinsche slavenwereld], Verslag v. h. verhandelde i. d. Alg. Verg. v. h. Prov. Utr. Gen. v. K. en W. geh. den 4en Juni 1914, [1914] pp. 7—43.

4) O. l. pp. 42 sq.

5) Th. Brecht, Kirche und Sklaverei, Ein Beitrag zur Lösung des Problems der Freiheit [1890].

ecclesiam Catholicam invectus est, aeque ac iam ante eum fecerat J. Buchmann [1]).

ad 2um. Eos, qui religioni Christianae in servitute tollenda nimium attribuerent, impugnavit F. Overbeck, qui ea de re commentationem optimam composuit anno 1875 [2]).

Ecclesiam Christianam inde ab initio id egisse, ut servitus tolleretur, negat. Contra eos, qui hoc affirmant, probat: „dass die alte Kirche diese Absicht nie gehabt und also auch nie vertagt hat, ja dass sie solche Absicht gar nicht haben konnte, nicht wegen der weltlichen Verhältnisse, in welche sie gestellt war, etwa wegen der „Gefahr", in welche sie ihre Bekenner gestürzt hätte, — wovor das Christenthum einst wenig Scheu gehabt haben soll — sondern wegen ihrer eigenen Betrachtungsweise dieser Verhaltnisse. Gerade die Vereinzelung, in welcher die Institution der Sclaverei seit ihrer Abschaffung vor den Blicken des modernen Betrachters steht, bestand für die alte Kirche nicht" [3]). Iam antiquam philosophiam multa fecisse, quas mutationes religioni Christianae non deberi. N. Tum. omnes quidem homines aequos esse docere, sed: „Niemals ....", inquit, „folgert das Neue Testament aus der von ihm gelehrten Gleichheit der Menschen ihre politische Gleichheit, noch deutet es eine solche Folgerung auch nur von fern an. Tritt sie ihm ja entgegen so lehnt es sie nur ab [4]). .... Indessen, so augenscheinlich die bis hierher zusammengestellten Thatsachen zeigen, dass es der Kirche wie dem Christenthum fern gelegen hat die Institution der Sclaverei aus dem Staate zu entfernen, so ist doch ebenso gewiss, dass auch die ältere nachconstantinische Kirche die Sclaverei nicht sich selbst überlassen hat, sondern auch das politische Verhältniss des Herrn zum Sclaven gleich anderen durch die christliche Idee der Menschengleichheit erleuchten liess" [5]).

Maioris momenti in diminuenda servitute ecclesiam Christianam antiquam fuisse Th. Zahn [6]) iudicat, etsi cum Overbeckio Apologetas, qui vocantur, impugnat. De Overbeckii sententia annotat [7]): „Es ist hier nicht der Ort, zu zeigen, dasz Overbeck

---

[1]) J. Buchmann, Die unfreie und die freie Kirche [1873].

[2]) F. Overbeck, Ueber das Verhältniss der alten Kirche zur Sclaverei im römischen Reiche (cf. supra p. 12 ann. 3).

[3]) O. l. pp. 166 sq.

[4]) O. l. p. 182.

[5]) O. l. pp. 221 sq.

[6]) Th. Zahn, Sklaverei und Christentum in der alten Welt [1 1879] (= Skizzen aus dem Leben der alten Kirche [3 1908] pp. 116—159, et annotationes pp. 345—351, qua editione utor).

[7]) O. l. pp. 346 sq., ann. 4.

in dem berechtigten Gegensatz zu einer noch sehr verbreiteten Vorstellung von der Aufhebung der Sklaverei durch das Christentum selbst doch wieder ein schiefes Bild gibt. Abgesehen von den sehr zahlreichen Miszdeutungen des Einzelnen vermiszt man überall die rechte Würdigung der Tatsache, dasz die Kirche oder richtiger die Einzelgemeinde der vorkonstantinischen Zeit eine Sozietät von starker Organisation mit eigener Gerichtsbarkeit und im Besitz von Mitteln der Disziplin war, mit deren Macht über die Gemüter die Gesetze keines Staates sich messen können."

Etsi Zahn scribit [1]: „Aber in Bezug auf die Sklavenfrage läszt sich der Beweis dafür äuszerlich führen, dasz unabhängig vom Christentum ein Umschwung der Anschauungen sich vollzogen hat oder vielmehr eine längst vorhandene Denkweise in die maszgebenden Kreise eingedrungen ist", tamen altera ex parte vis novae religionis ei despicienda esse non videtur: „So verkehrt," inquit [2], „die Vorstellung ist, dasz die Kirche von Anbeginn die Aufhebung der Sklaverei schweigend im Herzen getragen oder gar offen auf ihre Fahne geschrieben habe, so wenig entspricht es der Wahrheit und der geschichtlichen Gerechtigkeit, wenn man es so darstellt, als ob sich das Christentum von Haus aus gegen das Institut der Sklaverei gleichgiltig verhalten habe, oder wenn man leugnet, dasz das Christentum mehr als irgend eine andere geistige Macht zur Beseitigung der Miszstände der Sklaverei beigetragen und Wahrheiten gepredigt habe, welche über kurz oder lang zur Beseitigung der Sklaverei selbst führen muszten, wenn man ihnen treu blieb."

Inter ea, quae praeter philosophiam antiquam multum ad servitutem tollendam contribuerunt, Zahn religioni et societati Iudaeorum, „Iudaismo" qui dicitur, quoque magnam laudem impertitur [3]. Sed variis rebus et causis factum esse, ut eiusmodi praecepta in vita non adhiberentur. Rogari igitur non posse, quantum religio Christiana attribuerit ad servitutem tollendam, propterea quod servitus tunc omnino sublata non sit. sed paulatim evanesceret. aut aliis modis etiam continuaretur. „Sehr unerheblich," inquit Zahn [4], „hat dazu die Staatsgesetzgebung beigetragen; und man entzieht der Kirche nichts, wenn man sagt, dasz sie während der ersten drei Jahrhunderte weder einen Einflusz auf die staatliche Gesetzgebung geübt, noch in stillschweigendem Einverständnis mit ihr zusammengewirkt hat. Nur da, wo das „neue Gesetz" des Evangeliums gebot, innerhalb der kirchlichen Gemeinschaft, konnte das

---

[1] O. l. p. 130.
[2] O. l. p. 136.
[3] O. l. pp. 130—133.
[4] O. l. pp. 146 sq.

Christentum Früchte seiner Wahrheit ernten. Da ist aber auch wahrhaft Neues und Groszes geschaffen worden."

Inter eos, qui imprimis philosophiam et humanitatem mutatae servorum condicionis causas fuisse putant, afferendus est F. Vollmann [1]), qui etsi posterioribus temporibus religionem Christianam multum contribuisse ad sortem servorum mutandam iudicat, tamen I⁰ et II⁰ p. C. n. saeculis id fieri nondum potuisse docet [2]): „Da also im ersten und zweiten Jahrhundert n. Chr. die Anhänger des Christentums hauptsächlich in den niederen Kreisen des Volkes, zum groszen Teile unter den Sklaven selbst zu suchen waren, so sind wohltuende Einflüsse auf die Milderung der Sklaverei, welche zweifellos von den höheren Schichten der Gesellschaft ausgehen mussten, auf eine andere Ursache zurückzuführen. Die hellenische Philosophie, voran die Stoa, hatte dies schwere Stück Arbeit übernommen."

Clare atque optime de rationibus inter servitutem et religionem Christianam intercedentibus disserit E. von Dobschütz [3]). De historia quaestionis haec scribit [4]): „Die neueste nationalökonomisch orientierte Geschichtsforschung hat die landläufigen Vorstellungen über Ursprung, Wesen, Ausdehnung, Gestaltung und Aufhebung der Sklaverei einer so gründlichen Umbildung unterzogen, dasz davon auch die Frage nach dem Einflusz des Christentums auf die Sklaverei stark berührt wird. Glaubte man früher, ihm ohne Weiteres die Aufhebung dieses Instituts als Verdienst zuschreiben zu können, so wollen ihm jetzt manche jeden Einflusz in dieser rein wirtschaftlich zu betrachtenden Frage absprechen. Historiker und Nationalökonomen übersehen darin zum Schaden der Sache, dasz die theologische Mitarbeit längst einen richtigen Mittelweg eingeschlagen hat."

Stoicorum philosophiam, quae homines omnes natura similes esse doceat, effecisse, ut etiam Romae iura humana servorum magis magisque agnoscerentur, quod e iurisprudentia quoque apparere: „So ist in der Gesetzgebung des heidnischen Roms eine fortwährende Aufbesserung der Lage der Sklaven nicht zu verkennen. Christliche Einflüsse sind dabei nicht nachzuweisen, und thatsächlich ebenso

---

[1]) F. Vollmann, Ueber das Verhältnis der späteren Stoa zur Sklaverei im römischen Reiche. Programm zum Jahresbericht über das Kgl. alte Gymnasium zu Regensburg im Studienjahr 1889 90 [1890].

[2]) O. l. p. 30.

[3]) E. von Dobschütz, Die Urchristlichen Gemeinden. Sittengeschichtliche Bilder [1902], pp. 31 sqq., 87 sqq., 245—269; Idem in voce: Sklaverei und Christentum. H. R. E. XVIII, [³ 1906], pp. 423—433, et Ergänzungsband (XXIV) [1913], p. 521.

[4]) H. R. E. ³ XVIII, p. 424.

unwarscheinlich als der von anderer Seite behauptete jüdische Einflusz. . . . . . Das Christentum übernimmt einfach die Sklaverei als einen notwendigen Bestandteil der antiken Kultur. Nicht einmal der Gedanke, dasz Sklaverei im Prinzip verwerflich und ihre Abschaffung nur mit Rücksicht auf die Verhältnisse hinausgeschieben sei . . . . läszt sich irgendwo in altchristlichen Quellen belegen." [1])

Fidem Christianam tamen in animis hominum multa mutavisse [2]): „das Verhältnis von Herrn und Sklaven erlangt einen neuen sittlichen Inhalt, einen neuen religiösen Hintergrund. . . . . Der christliche Glaube lieferte aber nicht nur ethische Motive: er gab dem Sklaven auch etwas, was er sonst nicht so leicht fand: innerhalb der Gemeinde konnte er zu einem Gefühl gleichberechtigten Menschseins kommen."

Minus ea, quae religio Christiana, quam quae philosophia antiqua de humanitate docuerit, interitum servitutis effecisse, etiam W. Soltau docet [3]): „Es soll im folgenden gezeigt werden, wie auf einem wichtigen Gebiete der Entwicklung der allgemeinen Menschenrechte, bei der persönlichen Freiheit, das Altertum bereits Bedeutsames erreicht hat, ehe sich das Christentum in der Welt ausbreitete. Die Sklavenemanzipation ist nicht ein Werk des Christentums. Soweit sie in jener Zeit durchgeführt ist, ist sie durch andere Mächte, und zwar längere Zeit bevor das Christentum im Römerreich zu einer wirklichen Bedeutung gelangt war, theoretisch wie praktisch ins Werk gesetzt worden. Nur insoweit die neue Religion diesen humanen Theorien nahe stand und sie in sich aufnahm, hat sie Anteil an dieser Bewegung gehabt. Die offizielle christliche Kirche hat ihnen später den Rücken zugewandt, hat diese edlen Keime wieder verkümmern lassen" [4]). Et alibi [5]): „Hiermit," inquit, „ist also der Standpunkt der Stifter der christlichen Religion klargestellt; faktische Beibehaltung der rechtlichen Zustände bei theoretischer Anerkennung des Grundsatzes, dasz die Unfreiheit der Idee des Christentums widerspreche." Attamen ea, quae religio Christiana effecerit, parvi aestimanda non esse, „da es sich im einzelnen dem Auge des Geschichtsforschers leichter verborgen halten konnte als mancher Einflusz der Gesetzgebung und der Verwaltung. Nur höre man auf mit jenen unhistorischen Uebertreibungen, als habe das Christentum die Sklaverei selbst eingeschränkt oder gar aufzuheben gesucht" [6]).

---

[1]) O. l. pp. 426 sq.
[2]) O. l. p. 428.
[3]) W. Soltau, Humanität und Christentum in ihren Beziehungen zur Sklaverei, in: N. J. kl. A., Bd. XXI [1908], pp. 335—350.
[4]) O. l. p. 335.
[5]) O. l. pp. 347 sq.
[6]) O. l. p. 349.

Etsi alii sunt, qui idem opinionibus supra allatis faveant [1]), iam satis de his sententiis exposuisse mihi videor.

ad 3um. Ab iis omnibus, qui morum praeceptis vim adiudicent ad condiciones oeconomicas mutandas, dissentiunt ei, qui virtutis cognitione res humanas mutari omnino negent. Qui secuti virorum socialistarum, qui vocantur, Karl Marx et Friedrich Engels historiae conscribendae rationem, condiciones oeconomicas quasi fundamenta omnium rerum esse arbitrantur [2]). Audias Engels: „Nach materialistischer Geschichtsauffassung ist das in letzter Instanz bestimmte Moment in der Geschichte die Produktion und Reproduktion des wirklichen Lebens. . . . . Die ökonomische Lage ist die Basis, aber die verschiedenen Momente des Ueberbaues — politische Form des Klassenkampfes und seine Resultate — Verfassungen, nach gewonnener Schlacht durch die siegende Klasse festgestellt u.s.w. — Rechtsformen, und nun gar die Reflexe aller dieser wirklichen Kämpfe im Gehirn der Beteiligten, politische, juristische, philosophische Theorien, religiöse Anschauungen und deren Weiterentwicklung zu Dogmensystemen, üben auch ihre Einwirkung auf den Verlauf der geschichtlichen Kämpfe aus und bestimmen in vielen Fällen vorwiegend deren Form" [3]).

Eandem fere viam ac rationem sequitur E. Ciccotti [4]), qui postquam dixit [5]): „Dasz der Untergang der Sklaverei im Altertum dem Fortschritt und Triumph des Christentums oder der Philosophie der Stoa zu danken sei, oder im allgemeinen aus einer Vertiefung der sittlichen Auffassung quoll, die die moralische Grundlage der Sklaverei erschütterte, dasz ein wohlverstandenes Nützlichkeitsprinzip ihr ein Ende machte oder die Einfälle der Barbaren, das alles sind Erklärungen, die manchen unbefriedigt lassen dürften, der das Problem von Grund auf und von seinen verschiedenen

---

[1]) Nuperrime J. Schrijnen, Uit het leven der oude Kerk [1919], pp. 289—301: Christelijke en ekonomische invloed op de vervorming der slavernij.

[2]) Cf. E. Bernheim, Lehrbuch der Historischen Methode und der Geschichtsphilosophie [5. 6. 1908], pp. 721—729.

[3]) Friedrich Engels in: „Sozialistischer Akademiker" [1895] duas scripsit epistulas de ratione historiae conscribendae, quae dicitur „materialistica". Affero ex opere Ciccotti (vide ann. proximam) p. 233; cf. in universum G. W. Kernkamp, Over de materialistische opvatting van de Geschiedenis [1901].

[4]) Ettore Ciccotti, Il tramonto della schiavitù nel mondo antico. Un saggio. [1899]. Interpretatio Germanica, qua ubique utor, inscribitur: Der Untergang der Sklaverei im Altertum, Deutsch von Oda Olberg [1910]; interpretatio Franco-Gallica: Le Déclin de l'Esclavage antique, trad. par G. Platon [1910].

[5]) O. l. ed. Germ. p. 7.

Seiten betrachten will," postea [1]) sic pergit: „Man wird also in der wirtschaftlichen Entwicklung des Altertums die Lösung des geschichtlichen Problems suchen müssen, dem wir hier nachgehen," id quod Ciccotti optima via et ratione magnaque doctrina probare conatus est.

Idem fere atque Ciccotti Paul Louis [2]) de historia servitutis scribit. Contendit enim [3]): „Il ne faut pas faire hommage au Stoïcisme ou au Christianisme, de cette décadence [4]) d'une institution prédominante et fondamentale, car quelques paroles sympathiques que les écrivains de l'une ou de l'autre doctrine aient trouvées pour les captifs, ils n'ont jamais combattu dans son principe le régime [4]), qui durait depuis des siècles; ils n'ont jamais revendiqué le respect intégral de la personne physique," et alibi [5]): „Les atténuations que les lois et les constitutions apportent au traitement de l'effectif servile, sont dictées par des considérations économiques beaucoup plus qu'humanitaires" [4]). Neque Stoicos servitutem tolli voluisse [6]), neque Christianos; sane concedit: „Le Christianisme à cet égard, mérite d'être envisagé plus longuement" [7]), sed omnibus, quae hac in re ei attribuuntur, perpensis, concludit [8]): „Le Christianisme a toujours été conservateur du milieu social [4]) et des institutions politiques, et son conservatisme s'est d'autant plus affirmé, presque au début, qu'il cherchait des recrues dans toute la hiérarchie du monde Gréco-romain, et qu'il ménageait, pour vivre, les puissants du jour. C'est donc bien à des raisons qui ne relèvent que pour une part infime de la philosophie ou de la religion qu'il faut imputer la transformation de l'esclavage" [4]).

Inter rerum scriptores, qui non id agunt, ut de rationibus inter religionem Christianam et servitutem intercedentibus disserant, qui tamen in hoc argumento permagni sunt momenti, imprimis laudandus est vir clarissimus Ed. Meyer, qui in servitutis historia describenda vias novas et ceteris prorsus diversas aperuit. Duae praesertim disputationes [9]) ostendunt, quid ille hac de re sentiat. In priore commentatione [10]) probat historiam totam in duas partes esse dividendam. Contra Carolum Bücherum, quem plurimi rerum

1) O. l. p. 32.
2) Paul Louis, Le travail dans le monde romain [1912].
3) O. l. p. 308.
4) Litteras diduxi ego.
5) O. l. p. 313.
6) O. l. p. 315.
7) O. l. p. 316.
8) O. l. p. 319.
9) Cf. supra p. 7, ann. 6.
10) Ed. Meyer, W. E. A.

scriptores, praesertim oeconomici, in dividenda historia secuti erant [1]), Meyer scribit [2]): „Demgegenüber kann nicht energisch genug betont werden dasz die Entwicklung der Mittelmeervölker bis jetzt in zwei parallelen Perioden verlaufen ist, dasz mit dem Untergang des Altertums die Entwicklung von neuem anhebt, dasz sie wieder zurückkehrt zu primitiven Zustände, die sie einmal schon längst überwunden hatte." Sequitur, ut opinio eorum, qui putent servitutem antiquis solis temporibus viguisse, deinde paulatim mutatam esse in servitutem, quae dicitur glaebae, postremo sublatam esse, labore liberorum succedente, Meyero falsa esse videatur [3]). Putat enim, haud per totam antiquitatem servitutem multum valuisse: primo a. C. n. saeculo maximam fuisse, neque tamen eiusdem naturae per cetera saecula fuisse.

Contra Zahnium qui, „die Sklavenfrage . . . . die soziale Frage der alten Welt" appellans, putat: „nichts hat so sehr zur Zerrüttung der antiken Gesellschaft beigetragen, als die mangelhafte Lösung dieser Frage" [4]), Meyer affirmat [5]): „Der beste Beweis, dasz die Sklaverei beim Niedergang des Altertums nicht die Rolle gespielt hat, die man ihr zuschreibt, liegt darin, dasz es eine Sklavenfrage in der Kaiserzeit nicht mehr gegeben hat, und Sklavenaufstände von irgendwelcher Bedeutung nicht mehr vorgekommen sind, dasz die Sklaverei vielmehr von da an bis zum Beginn der Neuzeit ganz allmählich abstirbt, und zwar ausschlieszlich durch die Umgestaltung der wirtschaftlichen Verhältnisse" [6]).

Servitutem minutam esse, non solum quod Romani aetate imperatoria plerumque pace fruerentur neque imperium iam augeretur, ita ut bellis multi novi servi non afferrentur, sed etiam crebris manumissionibus: „seit dem zweiten Jahrhundert n. Chr. etwa beginnt die Sklaverei zurückzugehen, bis sie langsam und ohne Kampf abstirbt und als wirtschaftliche Institution bedeutungslos wird" [7]). At simul cum ea opera quoque hominum liberorum interiisse. Tum novum ordinem rerum exortum esse, et denuo eodem fere modo atque antea, servitutem exstitisse altera aetate, quae media vocetur.

---

1) Cf. Bernheim, o. l. p. 723, qui agens de Materialismo oeconomico, qui dicitur, de hac historiae conscribendae ratione inter alia docet: „Drei grosze Etappen zeigt die Geschichte in diesem Sinne: die Epoche der Sklaverei, der Hörigkeit, der kapitalistischen Produktionsweise; die vierte wird die der associierten Arbeit sein." Cf. M. Weber, o. l. pp. 55 sqq.

2) O. l. p. 89.

3) Cf. de hac quaestione in universum H. Bolkestein, Het dubbel karakter der Oude Geschiedenis [1915].

4) Zahn, Skl. Chr. A. W., p. 117.

5) Ed. Meyer, Skl. A., p. 210.

6) Litteras diduxi ego.

7) O. l. p. 212.

Deinde servos minus severe tractatos esse apud antiquos, quam nonnulli credant, neque in eorum condicione aestimanda semper modum servatum esse, Ed. Meyer arbitratur.

Quod ad quaestionem attinet, quomodo Christiani se adversus servitutem gesserint, Ed. Meyer hoc tantum scribit [1]): „Im allgemeinen ist das Verhältnis von beiden Seiten als etwas durchaus natürliches aufgefasst worden, daher hat denn auch das Christentum, trotzdem es wie die Stoa die rechtliche Unterschiede der Lebensstellung der einzelnen Menschen als etwas rein äuszerliches ansieht, das für ihren wahren Wert nicht in Betracht kommt, die Institution der Sklaverei in keiner Weise bekämpft, sondern sie als etwas gegebenes anerkannt, wie jede andere Rechtsordnung der bestehenden Welt".

Inter nostrates H. Bolkestein negat, religionem Christianam aliquid attribuisse ad servitutem tollendam [2]). De Ed. Meyeri sententia agens: „Niet," inquit [3]), „afzonderlijk noemt hij een opvatting, die even hardnekkig herhaald als onjuist is, hoewel hij haar terloops geheel afwijst [4]): dat nl. het Christendom iets zou hebben bijgedragen tot de afschaffing der slavernij. Wat ieder verwachten moet, die de houding kent van den godsdienst tegenover de maatschappelijke instellingen, — deze ontwikkelen zich onafhankelijk en de godsdienst past zich aan, — wordt door de feiten volkomen bevestigd: het Christendom heeft de slavernij als maatschappelijk (voor dien tijd) noodzakelijke instelling aanvaard en verdedigd, zooals het evenzeer dat andere maatschappelijke instituut, waardoor de vrije boeren aan den grond gebonden werden, ontstaan in den tijd toen Kerk en Staat elkaar gevonden hadden, aanvaard heeft. Iets anders is, dat het Christendom op de beoordeeling van den slaaf als mensch gunstig kàn hebben gewerkt, waarbij men echter niet moet voorbijzien, eenerzijds, dat de betere beoordeeling en behandeling reeds begonnen zijn vóór er van christelijken invloed sprake kon zijn, anderzijds, dat, blijkens de ervaring in Amerika, de godsdienst niet onder alle omstandigheden verzachtend gewerkt heeft."

Haec sufficere mihi videntur ad cognoscendas varias virorum

---

1) O. l. p. 211.

2) H. Bolkestein, Oude Geschiedenis (in: De Klassieke Oudheid in het Gymnasiaal Onderwijs. Rapport in opdracht van het Genootschap van leeraren aan Nederlandsche Gymnasiën, samengesteld door J. W. Bierma, H. Bolkestein, E. H. Renkema, J. van IJzeren [1916], pp. 121—184).

3) O. l. pp. 153 sq.

4) Vide verba Ed. Meyeri, ultima allata.

doctorum opiniones. Infra [1]) nonnulla argumenta copiosius tractaturi sumus.

Ex toto hoc conspectu apparet, usque ad hunc diem opiniones nondum congruere, immo magna ex parte longius distare quam antea, quod mirum non est, cum artissime cohaereant non solum cum universa historiae conscribendae ratione, sed etiam cum rationibus inter religionem Christianam et eos, qui de hac re agunt, intercedentibus.

Operae igitur pretium esse videtur hoc argumentum accuratius perlustrare.

---

1) Capite IV° huius opusculi.

CAPUT SECUNDUM.

QUAE FUERIT SERVORUM CONDICIO USQUE AD AETATEM IMPERATORIAM.

Ut solvantur quaestiones, de quibus agimus, omnia, quae de servitute universa nota sunt, perlustrare opus non est. Omnino praetereunda vel quam paucissimis illustranda hic sunt ea, quae ab omnibus viris rerum peritis agnoscuntur. Sed ut quam optime ea, quae primi Christiani de hac re cogitaverunt, intellegamus, fieri non potest, quin exponamus, quaenam condicio servorum apud Israëlitas fuerit. Ad hanc cognoscendam, alii fontes fere praesto non sunt, nisi Vetus Testamentum. Cum Novum Testamentum cum Vetere arte cohaereat, praeterea opiniones ad mores spectantes, quae V. To. exhibentur, magni momenti esse videntur in quaestione, quid in N. To. de hoc argumento iudicatum sit, solvenda.

Si vero de servis Israëliticis agimus, eos conferri cum servis populorum finitimorum, necesse est.

Deinde ex enumeratis virorum doctorum sententiis apparuit, communem opinionem nondum existere, quam late servitus patuerit, quam vim habuerit, quaenam fuerit condicio servorum legitima, quomodo servi a dominis tractati sint.

Tum quae N. T. exhibet ad scientiam historiae servitutis augendam, uberius exponenda sunt.

Neque historia ecclesiastica priorum saeculorum neglegenda est.

Postremo, si, quantum fieri possit, omnes res, quibus in hoc argumento opus erit, ante oculos habuerimus, considerabimus, possitne statui, qualem Christiani antiquissimi servitutem iudicaverint.

Hoc capite secundo breviter attingemus ea, quae nota sunt de condicione servorum, qua in re imprimis rationem habebimus ultimorum ante aetatem imperatoriam saeculorum, etsi non semper ex his temporibus ad servorum condicionem cognoscendam satis lucis afferri potest, ita ut saepe ex superioribus (ut apud Israëlitas), nonnumquam ex posterioribus saeculis nonnulla sumenda sint.

Quod ad regiones, non solum Palaestinae, sed etiam ceterarum provinciarum imperii Romani rationem haberi oportet, cum iis,

qui libros Novi Testamenti scripserunt, quae condicio servorum extra Palaestinam apud alias gentes esset, sine dubio cognitum fuerit. Praeterea pauca tantum de populis antiquissimis notanda sunt.

Nec tamen uno conspectu condiciones harum regionum tractandae sunt. Licet omnes imperio Romano subactae fuerint, tamen antiquae consuetudines et prisci mores non subito sublata sunt, sed quodammodo permanserunt. Iniuria, mea quidem sententia, nonnulli viri docti hoc interdum neglexerunt, qui condiciones Romanas descripserint, nec tamen eodem modo Graecas et Aegyptias ceterarumque terrarum.

Quamvis negandum non sit, res Romanas multo copiosius esse traditas et ex aliis regionibus interdum paucissima nota esse, tamen cavendum est, ne Romae condiciones substituamus universo imperio Romano. Quod vitium si evitare conabimur, imago, quae exprimitur, minus completa et minus perfecta erit, sed verisimilior esse videbitur.

Cum Christus et Apostoli praesertim vitam egerint in Palaestina, ubi inde ab Alexandri Magni temporibus Graeci, sive potius Hellenistici q. d. mores magni fuerunt momenti, quam regionem postea Romani suo adiecerunt imperio, facere non possumus, quin de servorum apud Graecos et apud Romanos condicione agamus. Cum vero scientiam temporis Hellenistici valde auctam esse non solum multis inscriptionibus, sed etiam papyris et ostracis imprimis in Aegypto inventis, constet, sequitur, ut qualem servitus in Aegypto se ostenderit nostra plurimum intersit, idque eo magis, quod inter Palaestinam et Aegyptum tam multae rationes semper fuerunt [1]).

Hisce praemonitis, iam exploraturi sumus, qualis fuerit servitus

1. apud Aegyptios et Orientales (imprimis apud Israëlitas),
2. apud Graecos et apud Romanos.

§ 1. QUAE FUERIT SERVORUM CONDICIO APUD AEGYPTIOS ET ORIENTALES.

Iam inde ab antiquissimis temporibus [2]) de servitute mentio fit apud omnes fere populos [3]). Quamquam necesse non est, Gen. 9^{25-28}

1) Cf. quae hisce de rationibus disseruit R. H. Woltjer, W. G. W. M., pp. 21—23.

2) Cf. Ed. Meyer, G. d. A., I, 1^3, pp. 46, 55 sq

3) Cf. J. Kohler, Die Anfänge des Rechts und das Recht der primitiven Völker [in K. d. G. II, VII, 1, Allgemeine Rechtsgeschichte, 1e Hälfte, Orientalisches Recht und Recht der Griechen und Römer von J. Kohler und L. Wenger, 1914] pp. 25 sq.

ita intellegi, ut Canaan servus esse iubeatur Sem et Iapheth [1]), tamen dilucide apparet, Abram, qui Ur, ex urbe Chaldaeorum venerat (c. annum 2000 a. C. n.), iam multos servos habuisse, cum legamus: „Abram vero bene usi sunt [Pharao et Aegyptii] propter illam, fuerantque ei oves et boves, et asini et servi et famulae et asinae et cameli" [2]). Hic iam videmus, servos medios inter animalia enumerari [3]) et omnino in res referri.

A. In Aegypto [4]).

Multis iam saeculis ante annum 4240, aetate, quae dicitur praehistorica, Ed. Meyer servos in Aegypto fuisse putat: „Es kann," inquit [5]), „keinem Zweifel unterliegen, dasz die Masse der Aegypter schon in den ältesten Zeiten nicht aus freien Bauern mit eigenem Grundbesitz bestanden hat, sondern aus Knechten, die im Dienst groszer Herren und vor allem der Häuptlinge (Könige) die Felder bestellten und die Herden weideten. Auch das Handwerk ist offenbar vielfach von Hörigen geübt worden, wenngleich es daneben in den Städten immer eine freie Bevölkerung von Gewerbetreibenden und Händlern gegeben hat."

Temporibus Antiqui, quod dicitur, Regni (c. 2895—2540) [6]) magnae pyramides aedificatae sunt, ad quas exstruendas servos quoque adhibitos esse, verisimile est [7]).

Aetate Medii Regni (c. 2160—1680) servitutem ignotam non fuisse, non solum a servis, ab Abram acceptis [8]), quos supra commemoravimus, probatur, sed etiam ab ancillis, quae tunc in ignobilium domibus erant [9]). His temporibus agricolae magna ex parte clientes [10])

---

1) W. A. van Es, De Eigendom in den Pentateuch [1909], p. 85, putat de servitute hic agi.

2) Gen. 12[16] Vulgatae editionis.

3) Cf. Gen. 24[35], ubi ab Eliezer servi et servae inter aurum et camelos enumerantur, Ex. 20[17], alibi.

4) Cf. A. Erman, Aegypten und Aegyptisches Leben im Altertum [1886], I, II; Kohler, o. l. p. 151, ubi vide alia opera.

5) G. d. A. I, 2[3], p. 70.

6) Numeri sunt Ed. Meyeri, (o. l. p. 17).

7) Cf. G. Steindorff, Blütezeit der Pharaonen [1900], pp. 6 sqq.

8) Abram id temporis in Aegypto erat (cf. Gen. 12[14]).

9) Cf. Erman, o. l. p. 265.

10) Cf. Ed. Meyer, W. E. A. p. 94: „Die Masse der Landbevölkerung sind Hörige, aber neben ihnen finden wir zahlreiche . . . erbliche Grundbesitzer, gröszere und kleinere Bauern." Cf. imprimis Gen. 47[18—25], ubi legitur, Ioseph omnes agros Aegyptiorum cum hominibus ipsis fame coactis, Pharaoni emisse.

sunt, in urbibus tamen opifices plerumque liberi, sed hic illic servi quoque, inveniuntur [1]) (i. a. Ioseph, qui servus domesticus erat apud Potiphar) [2]).

Aetate Novi Regni (c. 1580—1100) multis bellis feliciter gestis, numerus servorum aliquanto accrescebat [3]), qui plurimi ex Asia importati, in monumentis nominantur, neque solum ad magna aedificia pyramidasque facienda a Pharaonibus adhibebantur (cui operi etiam, si servi deerant, homines liberi destinabantur), sed etiam in industria, quae in rebus manu faciendis erat posita, operabantur. Multi servi a Pharaonibus templis deorum donabantur [4]).

Hisce saeculis exceptis, in Aegypto servitus in universum numquam magni fuit momenti. Plerique servi domestici erant, neque est causa cur putemus, eorum condicionem miseram fuisse, etsi sine dubio apud alios dominos aliter tractabantur; sortem eorum non multum discrepuisse a sorte domesticorum hodiernorum verisimile est: ubi enim pauci servi sunt, ibi bene tractari solent [5]).

Quod ad statum iuris attinet, non multa nota sunt [6]). Non omnino expers iuris erat servus. Dominum accusare ei licebat. Diodorus [7]) affirmat apud Aegyptios eum, qui servum et eum, qui hominem liberum interfecisset, eodem supplicio affectos esse.

De posterioribus temporibus acturi sumus infra [8]).

---

[1]) Cf. Ed. Meyer, l. l.: „Manche Handwerker sind leibeigen, z. B. die Weber, aber andere, wie Barbiere, Waffen- und Goldschmiede, Steinmetzer, Maurer, Bildhauer, Balsamierer, werden in der Literatur als frei geschildert; nicht wenige Leute bürgerlicher Herkunft, Müller und Bäcker, Bierbrauer, Ziegeleibesitzer, und ebenso Künstler und Baumeister, sind zu beträchtlichen Wohlstand gelangt, und erscheinen in ihren Gräbern im Besitz eines ansehnliches Vermögens, mit zahlreichen Sklaven und Sklavinnen."

[2]) Gen. 39^{1}; 41^{12}.

[3]) Cf. Ed. Meyer, W. E. A. p. 96; A. Erman, o. l. pp. 114, 156 sq., 188, 683.

[4]) Cf. Erman, o. l. pp. 406, 409, ubi de „Papyro Harris" agitur, in qua legimus, a Ramses III 113433 servos deis datos esse, e quibus 86486 Amoni; cf. H. Gressmann, Altorientalische Texte und Bilder zum Alten Testamente I [1909], pp. 250 sq.

[5]) Cf. Ciccotti, U. Skl. A. p. 82 (agit de servis Graecis): „Nicht mit Unrecht ist schon seit langer Zeit diese bessere Stellung der Sklaven als ein Argument, wenn nicht ein Beweis, für die beschränkte Zahl der Sklaven in Attika angeführt worden."

[6]) Cf. J. Kohler, in K. d. G. II, VII, 1, pp. 67 sq.

[7]) Diod. I, 77: *εἰ δέ τις ἑκουσίως ἀποκτείναι τὸν ἐλεύθερον ἢ τὸν δοῦλον, ἀποθνήσκειν τοῦτον οἱ νόμοι προσέταττον, ἅμα μὲν βουλόμενοι μὴ ταῖς διαφοραῖς τῆς τύχης, ἀλλὰ ταῖς τῶν πράξεων ἐπιβολαῖς εἴργεσθαι πάντας ἀπὸ τῶν φαύλων, ἅμα δὲ διὰ τῆς τῶν δούλων φροντίδος ἐθίζοντες τοὺς ἀνθρώπους πολὺ μᾶλλον εἰς τοὺς ἐλευθέρους μηδὲν ὅλως ἐξαμαρτάνειν.*

[8]) Infra pp. 61—64.

B. In Babylonia et in Assyria [1]).

Non solum in Aegypto antiquissima mentio servorum fit, verum etiam apud gentes Semiticas [2]). Apud Sumerios quoque et Accadios, qui vocantur, regis Gudea temporibus (c. 2600—2560 a. C. n.) servi iam commemorantur [3]). Temporibus regum Ur („Dynastie von Ur") de ancillis sermo est [4]), et inde ab anno 2500 a. C. n. numerus magnus tabellarum Babylonicarum superest, quae de servis vendendis agunt [5]).

Leges a rege Chammurapi (2123—2081 a. C. n.) [6]) latae [7]), complura praescribunt de servitute, unde efficitur, iam diu ante Chammurapi servos in Babylonia fuisse. Chammurapi inter alia constituit, ut is, qui servum alienum violavisset, damnum domino praestaret [8]), neve ei, qui suum servum male mulcavisset, poena danda esset. Mulieres, quae ob aes alienum in servitutem venibant, post tres annos libertatem recuperabant [9]). Manumissiones quo-

---

1) Vide Br. Meissner, De servo babyl. assyr. (in: Beiträge [1893], pp. 6 sqq.); J. Kohler und F. E. Peiser, Aus dem babylonischen Rechtsleben, I—IV [1890—1898]; J. Kohler, K. d. G., II, VII, 1 [1914], p. 151, M. Weber, o. l. pp. 73—80, 184, ubi vide alia opera.

2) De servis apud Semitas in universum vide Ed. Meyer, G. d. A. I, 2^3 p. 393, § 338.

3) Cf. Ed. Meyer, o. l. pp. 542, 577: „Die Sklaverei ist überhaupt in Sinear sehr entwickelt; . . . . . neben persönlichen Diensten sind die Sklaven für den Wirtschaftsbetrieb als Arbeitskräfte unentbehrlich." cf. A. Jeremias, Handb. d. altorient. Geisteskult. [1913], pp. 159^5, 160, 315, qui docet servos, diebus festis, qui ante primum incipientis anni diem agerentur, ut postea apud Romanos ludis Saturnalibus dominorum partes egisse. Deinde mentio fit servorum in lege paulo ante codicem Chammurapi lata: „Wenn jemand einen Sklaven mietet, und (dieser) stirbt, kommt abhanden, läuft weg, wird eingesperrt oder wird krank, so soll er als Miete für ihn täglich ein . . . . Getreide erlegen" (o. l. p. 336).

4) Cf. A. Jeremias, o. l. p. 155.

5) Cf. Ed. Meyer, W. E. A. p. 90; G. d. A. I, 2^3, p. 577.

6) Numeri sunt Ed. Meyeri (G. d. A. I, 2^3, § 328, p. 627); cf. C. F. Lehmann-Haupt, Israel [1911], p. 312.

7) Cf. H. Gressmann, Altorientalische Texte und Bilder zum Alten Testamente [1909], I, pp. 140—171; H. Winckler, Die Gesetze Hammurabis, Königs von Babylon um 2250 v. Chr. [1902]. Ad servos spectant legum §§ 116, 118, 199, 213, 214, 217, 223, 226, 227, 231, 252, 278—282; cf. H. H. Kuyper, Evolutie en Revelatie [1903], p. 104; Ed. König, Babyloniens Einfluss auf die Kulturgeschichte (N. J. kl. A XI [1908], pp. 441—473). pp. 457 sq.; J. Kohler, K. d. G. II, VII, 1, pp. 57—59, 61; Ed. Meyer, G. d. A. I, 2^3, pp. 640 sq.

8) Legg. Chamm. § 199.

9) Legg. Chamm. § 117; cf. Ed. Meyer, Skl. A. p. 191.

que sive adoptione, sive dedicatione deo facta, commemorantur [1]).
Numerus servorum variis modis supplebatur: e terris finitimis emebantur vel rapiebantur, sua sponte aut poenam subeuntes homines in servitutem venibant, plurimi vernae erant. Adhibebantur ad agriculturam et ad opera servilia, interdum a dominis locabantur. Maiorem partem servorum in Babylonia eos effecisse, qui bello capti essent, verisimile est; utique Babylonii iam moribus provecti erant, cum captivos non iam variis modis cruciatos, interficerent, sed iis servis uterentur.

E temporibus regni Assyrii item multae tabellae ex argilla factae pacta de servis emendis exhibent [2]). Debitorem ea quoque aetate in servitutem redigi potuisse commemoratur [3]).

Magni momenti in Babylonia semper fuerunt servi, qui eunuchi nominabantur [4]). Hi saepe ad summos honores perveniebant et magistratuum officiis fungebantur [5]).

In universum servitus in Babylonia et in Assyria maioris momenti et ponderis erat [6]) quam in Aegypto, etsi liberi quoque operarii inveniebantur [7]).

C. In Media et in Persia.

Apud Medos et Persas [8]) olim servitus minoris ponderis fuisse videtur quam apud Babylonios. Cum tamen opibus crevissent et mores Babyloniorum assumpsissent, reges ceterique nobiles multitudinem servorum, imprimis eunuchorum, sibi assumpserunt.

Apud reges Persarum, cum omnes fere gentes Asiae subegissent, et apud principes et provinciarum gubernatores magnam copiam eunuchorum fuisse, Herodotus [9]) et Xenophon [10]) docent.

---

1) Cf. J. Oppert et J. Menant, Documents juridiques de l'Assyrie et de la Chaldée [1877], pp. 14, 15, 22.

2) Cf. Wallon, Hist. de l'escl. dans l'Ant. I², p. 48.

3) Cf. J. Kohler, K. d. G. II, VII, 1, p 63.

4) Cf. Herod. III, 92; Hellanici fragm. 169; A. Jeremias, o. l. pp. 286, 313 (Eunuchen des Ištar-Kultus).

5) Cf. II Reg. 18¹⁷, ubi titulus Rabsares, i. e. princeps eunuchorum, legitur, qui titulus etiam Ierem. 39³ legitur; Asphenez quoque (Dan. 1³) homo eiusmodi esse videtur.

6) Cf. J. Kohler, K. d. G. II, VII, 1, p. 65.

7) Cf. Ed. Meyer, Skl. A. pp. 190 sq.; J. Kohler, o. l. p. 61.

8) Cf Wallon, o. l. I², pp. 52—59.

9) Herod., III, 92; VI, 32; VIII, 105 *(παρὰ γὰρ τοῖσι βαρβάροισι τιμιώτεροί εἰσι οἱ εὐνοῦχοι πίστιος εἵνεκεν τῆς πάσης τῶν ἐνορχίων).*

10) Xen., Cyrop., VIII, 1⁴; 2⁴; 3³⁶, ⁴¹.

Apud Persas sors servorum saepe durissima fuisse videtur [1]) etiam posterioribus temporibus [2]).

D. In Phoenica et alibi.

Phoenices praesertim servos emisse et vendidisse videntur [3]), eos ipsos servos adhibuisse, raro apparet. Verum tumultum servorum Tyri saec. IV a. C. n. fuisse Iustinus narrat [4]).

Carthagine circa annum 350 a. C. n. Hannonem 20.000 hominum in servitutem redegisse idem Iustinus tradit [5]).

Ceterum apud Phoenices fere numquam mentio fit de servis [6]).

Apud alias quoque gentes servitutem notam fuisse, patet ex Deut. 23^{16}. Apud Philistinos [7]) servos fuisse, probatur Gen. 20^{14}, ubi Abimelech oves, boves, servos, servas Abraham dedisse fertur [8]).

Amos [9]) incolis Gazae exprobrat, quod multos homines vi abduxerunt, quos Edom servos traderent.

Gazae postea nundinationes servorum saepe commemorantur. Exercitum Nicanoris a. 166 a. C. n. Philistini secuti sunt, ut captivos emerent.

E. In Palaestina [10]).

Vidimus, inde a remotissimis temporibus, quorum quidem historia nobis nota sit, in terris Orientalibus non minus quam in Aegypto servitutem valuisse.

Iamnunc aliquanto uberius Palaestinae servitutem tractabimus, non solum, quod Vetus Testamentum saepissime de servis mentionem facit, sed etiam, quod ad Novum Testamentum recte intellegendum imprimis opus est scire, qualis apud Israëlitas eorum condicio fuerit.

---

1) Herod., I, 137; cf. Wallon, o. l. I^2, pp. 57 sq.
2) Cf. Amm. Marc., XXIII, 6.
3) Cf. Amos 1^9; Ioël $3^{3\ 6}$.
4) Iustinus, XVIII, 3; cf. Wallon, o. l. I^2, pp. 461 sq.
5) Iustinus, XXI, 4.
6) Cf. Ed. Meyer, Skl. A., p. 191.
7) Vide A. Noordtzij, De Filistijnen, hun Afkomst en Geschiedenis [1905], pp. 115, 119, 156, 184, 200.
8) Cf. Gen. 20^{17}, 21^{25}.
9) Amos 1^6.
10) Vide opera infra in Appendice allata.

I. De servis [1]), qui in Canaan erant ante leges Mosaicas.

Abram priusquam ex Haran profectus est, iam servos habebat (Gen. 12^{5}). Eum, cum, fame coactus, in Aegyptum venisset, ibi a Pharaone servos et ancillas accepisse, supra vidimus (Gen. 12^{16}). Fortasse Hagar, ancilla Aegyptia Sarai (Gen. 16^{1}), una ex his servis erat. Cum in Canaan redisset, numerus servorum semper augebatur, ita ut contra Kedor-Laomer eiusque socios trecentos duodeviginti servos armare posset (Gen. 14^{14}), qui omnes vernae erant. Neque solum vernas habuisse Abram, sed etiam servos pecunia emptos novimus ex Gen. $17^{13 \cdot 23-27}$. Postea etiam Abimelech ei servos et servas dedit (Gen. 20^{14}). Totum igitur numerum servorum utique non minorem quam circa 2000 fuisse patet. At servi his temporibus non solum emebantur, sed etiam rapiebantur. Ei, quos Abram, regibus victis, comprehenderat, in servitutem accepti sunt a rege urbis Sodom (Gen. 14^{21}).

Servorum nundinationem iam floruisse, probatur Gen. 37^{28}, ubi a fratribus mercatores Ismaëlitarum Ioseph emisse dicuntur, qui eum in Aegypto vendiderunt (Gen. 39^{1}).

Iacob quoque multos servos et ancillas habebat (Gen. 30^{43}), quos secum duxit (Gen. 31^{18}), cum ad patrem Isaac rediret.

Quod ad horum servorum condicionem attinet, scimus e Gen. $17^{13 \cdot 23 \cdot 27}$ omnes circumcidi iussos esse, ita ut participes fierent

---

1) De vocabulis, quibus servi apud Hebraeos significantur, vide v. Es, E. P. p. 82. Servus appellatur עֶבֶד, quod vocabulum tamen ministrum quoque liberum indicat, serva שִׁפְחָה et אָמָה, quae voces non multum differre videntur. (cf. tamen H. Wiskemann, Die Sclaverei [1866], pp. 6 sq. et Nowack, H. A. p. 177, qui putat: „Wie der Zusammenhang zeigt, hat אָמָה deutlich den Sinn der Kebse, wie auch Gen. 20^{17}, $21^{10 \cdot 13}$, Iudic. 9^{18}"). Eadem tamen ancilla Bilha Gen. 30^{3} אָמָה, 30^{4} שִׁפְחָה vocatur.

Ut familiariter apud Graecos παῖς, apud Romanos puer, ita apud Hebraeos נַעַר vocabatur (fem. נַעֲרָה), quibus vocabulis non solum servi iuvenes, sed etiam maiores natu indicantur, cf. II Sam. 16^{1}, ubi Ziba ita vocatur, qui iam 15 liberos habebat (II Sam. 9^{9}).

Quod ad rationem, qua quis servus fiebat, filius ancillae appellabatur: בֶּן־אָמָה (Exod. 23^{12}); verna: בֶּן־בַּיִת vel יְלִיד־בַּיִת (Gen. 14^{14}); servus pecunia emptus מִקְנַת כֶּסֶף (אִישׁ), נֶפֶשׁ קִנְיַן כֶּסֶף (Gen. 17^{12}; Lev. 22^{11}); ut pars rei familiaris נֶפֶשׁ (Gen. 12^{5}) vel אָדָם (Lev. 27^{28}).

Notandum est, dominum nusquam בַּעַל vocari, sed semper אָדוֹן, cf. v. Es, o. l. p. 31; C. H. Cornill, Das A. T. und die Humanität [1895], p. 22.

foederis a Deo cum Abram icti, etsi altera ex parte non apparet, id ipsorum voluntate factum esse.

Servi Abram aliorumque patriarcharum pecus pascebant, neque est causa cur putemus sortem eorum multum discrepuisse a condicione liberorum; immo saepe eorum sors melior erat quam pauperum. Quin etiam Eliezer, qui omnibus rebus, quas Abram habebat, praeerat (Gen. 24^{2}), cum servus esset, tamen familiarissimus Abram erat, atque heredem Abram eum instituisset, si ipse orbus mortuus esset (Gen. 15^{3}). Num Abram praeterea ei tam pulchrum negotium mandavisset (Gen. 24), nisi persuasum ei fuisset, servum sibi fidelissimum esse?

Etiam Iob multitudinem servorum habuisse fertur (Iob 1^{3}), quos eum bene tractavisse, probant verba pulcherrima Iob 31^{13-15}, (fortasse etiam Iob 24^{11}).

Ancillarum numerum non tantum fuisse quantum servorum, colligi posse videtur e Gen. 18^{6}, ubi Sara ipsa placenta facere iubetur, neque verisimile est, homines iis temporibus, eiusmodi vitae condicionibus usos et in tentoriis habitantes, multas ancillas habuisse. Rebecca (Gen. 25^{59}), Lea (Gen. 29^{24}), Rachel (Gen. 29^{29}) singulas tantum ancillas a patre accepisse dicuntur.

Cum igitur in universum quidam narratur multas ancillas habuisse, mea quidem sententia, significantur uxores servorum. Si de singulis ancillis mentio fit, dicuntur servae Sarai (vel Rebecca, Lea, aliarum), non dicuntur domini ipsius. Quas ancillas interdum domina marito suo uxores dabat, si ipsa liberos non procreaverat (Hagar Gen. 16, Bilha Gen. 30^{3-5}), vel parere desierat (Zilpa Gen. 30^{9-12}). Hagar autem cum Sarai contemneret, fugere coacta est (Gen. 16^{5-9}), aeque ac postea cum filio Ismaël (Gen. $21^{14\ sqq.}$), ex quo intellegi potest sortem earum mulierum nihilominus non semper iucundam fuisse. Attamen obliviscendum non est, uxores 1) ipsas quoque interdum haud melius tractatas esse 2).

II. Quae de servis leges Mosaicae praecipiant.

De servorum ante leges Mosaicas condicionibus non multa nota sunt; multo tamen uberior praesto est scientia aetatis Mosis (c. annum 1425 a. C. n.) 3).

---

1) Vide quae de condicione mulierum apud Israëlitas disseruit C. Gerlings, De vrouw in het Oud-Christelijke Gemeenteleven, [1913], Cap III (pp. 43—69): De vrouw in de Joodsche wereld.

2) Cf. Iudic. 19.

3) Cf. imprimis Wiskemann, o. l. pp. 8, 28; v. Es, o l. p. 186 ann. 42; v. Orelli, i. v. „Sklaverei bei den alten Hebräern" in H. R. E. 3 XVIII, pp. 419—422.

Si legum Mosaicarum praescripta inter se comparamus, apparet varia genera servorum et ancillarum esse discernenda, et multos esse, qui medium quendam locum inter servitutem et libertatem obtineant.

Imprimis discrimen faciendum est inter servos Israëliticos et servos peregrinos, deinde rogandum est, utrum domino Israëlitico an peregrino serviverint, postremo nonnullis ex partibus servae discernendae sunt a servis.

a. De servis Israëliticis.

Ut apud alias gentes, ita praesertim apud Israëlitas lex egregie providet, ne Israëlita servus fiat hominis eiusdem nationis vel in sua patria. Si ipse nolebat, omnino fieri non poterat, ut re vera in servitutem perpetuam hominis Israëlitici veniret. Sin sua sponte servus fieri decreverat, lex ei multa impedimenta inferebat.

Quae autem in Pentateucho de legibus servorum inveniuntur, cum non ubique clara et perspicua sint, paulo accuratius perlustrabimus.

De servis Israëliticis agitur Ex. 21^{2-7}, Lev. 25^{39-44}, Deut. 5^{12-19}. Quae in Ex. et Deut. praescribuntur, ad homines eiusdem condicionis pertinere mihi videntur. Attamen quae in Lev. inveniuntur, ad aliud genus servorum spectare ut credam adducor.

Varias viri docti in hac re sententias promulgaverunt, neque adhuc interpretatio esse videtur, quae omnibus placeat. Huius loci non est omnes has opiniones enumerare [1]. In universum facio cum von Orelli, qui ita quaestionem solvit: [2] „Wahrscheinlich handelte es sich in diesen Verordnungen wirklich ursprünglich um verschiedene Arten der Unfreiheit, mag dies auch in der heutigen Redaktion des P [Priestercodex, qui locum e Lev. laudatum, continet] etwas verwischt sein. In B D [B = Bundesbuch, locum ex Ex. allatum, continens, D = Deuteronomium] handelt es sich um solche, die einem andern zu persönlicher Dienstleistung verfallen sind, ähnlich wie bei jenem babylonischen Schüldnergesetz. Im Interesse ihrer persönlichen Freiheit, die nicht lebenslänglich aufgehoben sein soll, wird in Anschlusz an die Idee des Sabbatjahrs die Dienstzeit auf sechs Jahre, also doppelt so lang wie in Babylonien angesetzt. Eine Entlassung nach annähernd einem halben Jahrhundert (P) dagegen wäre von diesem Gesichtspunkt aus ganz unangemessen und meist wertlos gewesen. Das Gesetz des P dagegen hat agrarischen Charakter und Zusammenhang. Es wird eigentlich auf bäuerliche Leibeigenschaft gehen, wobei die Güter samt den

[1]) Cf. imprimis Wiskemann, o. l. pp. 8, 28; v. Es, o. l. p. 186 ann. 42; v. Orelli, in H. R. E.[3] XVIII, pp. 419—422.

[2]) O. l. pp. 421 sq.

erblichen Inhabern nach einer längern Periode wieder unabhängig werden sollen. Beide Rechtsgrundsätze können auf diese Weise in frühes Altertum zurückreichen und sogar Mosaischen Ursprungs sein . . . ."

Iis, quae de fontibus legum Mosaicarum scribit, in hoc argumento neglectis, v. Orelli optime videtur indicare, quid lex intenderit, quamvis agnoscendum sit, etiam hanc opinionem nonnullis difficultatibus laborare.

Duo igitur genera discernenda sunt:

1um. ei Hebraei [1], qui propter aes alienum;

2um. ei Israëlitae, qui propter inopiam in servitutem redigebantur.

1. De Hebraeis, qui propter aes alienum servi fiebant. (Ex. 21^{2-7}, Deut. 15^{12-19}) [2].

Etsi crebra praecepta prohibebant, ne aes alienum augeretur, quare raro fieri poterat, ut debitor aes alienum reddere non posset, tamen interdum fiebat, ut se venderet vel fortasse veniret creditori [3]. Dubium est, utrum Lex Mosaica creditori permiserit, ut debitorem venderet, necne [4]. Utique posterioribus temporibus creditores eos vendiderunt.

Huic generi servorum praeterea attribui possunt fures, qui duplum, interdum quadruplum vel quincuplum, furti solvere non poterant (Ex. 22^{3}) [5]. Qui tamen eam poenam dare poterant, liberi manebant. Apparet igitur servitutem non esse poenam furti, cum ei fures solum venirent, qui solvendo non essent, qui ergo debitores essent eius, a quo furati erant. Quoniam in legibus Mosaicis plura

[1]) Cum A. Jirku („Hebräische" und „israelitische" Sklaven. Or. Litt. Zeitg. [1918], pp. 81—83) discrimen facio inter Hebraeos et Israëlitas, id quod cohaeret cum quaestione, quam „Hebräer-Chabiru-Frage" vocant. Sin autem putat Hebraeos, de quibus Ex. et Lev. agatur, in servitutem redigi posse, nec tamen Israëlitas ipsos, de quibus Lev. sermo sit, ei opinioni mihi hoc obstare videtur, quod ne Lev. quidem Israëlitam in servitutem redigi vetatur (cf. Lev. 25^{39}).

[2]) De discrepantiis, quas Wildeboer statuit inter hos Ex. et Deut. locos de servitute agentibus vide Fabius, Moz. en R R. pp. 11—13.

[3]) Cf. v. Orelli, o. l. pp. 419 sq.

[4]) Cf. Keil, B. A. p. 552. Wiskemann, o. l. pp. 10 sq. probat Israëlitam propter aes alienum aeque ac furem cogi potuisse, ut aliquamdiu servus fieret. Inter furem enim et debitorem magnum discrimen non est, etiam iure Romano eodem modo tractabantur. Utrique reddendum erat id, quod suum non erat.

[5]) Etiam lex XII Tabularum furem manifestum in servitutem redigi iubet eius, a quo furatus est; cf. Gellius, N. A. XI, 18, 15. Apud Lycios quoque eiusmodi mos vigebat, cf. Nicol. Damasc. p. 311 (cf. Wiskemann, o. l. p. 9).

de hoc genere furum debitorum non leguntur, mihi prorsus eiusdem generis fuisse videntur atque ei, qui propter aes alienum in servitutem redacti erant. Eum servum addictum esse ei, a quo furatus erat, verisimile est [1]).

Ex lege Chammurapi servis, qui ob aes alienum cuidam addicerentur, triennium serviendum erat: [2]) leges Mosaicae sex annos eos servos esse iubent. Septimo anno liberum exire ei licebat. (Ex. 21^{2}; Deut. 15^{12}).

Utrum hi sex anni cohaereant cum anno sabbatico [3]) necne, quaeritur. Annus sabbaticus imprimis ad agriculturam spectabat, quae eo anno intermittenda erat. Nec tamen ea, quae ad pecus pascendum, ad industriam quae dicitur, ad mercaturam, ad negotiationem, ad alias artes manu exercendas pertinebant, intermissa esse, verisimile est. Haec omnia enim ne anno quidem sabbatico intermitti poterant. Fieri igitur poterat, ut servi, qui in agris colendis non adhibebantur, etiam anno sabbatico opera facerent, et ut annus sabbaticus unus e sex annis esset, quos iis serviendum erat. Cui opinioni etiam Deut. 15^{18} favere videtur.

At contra admonendum est, aes alienum reposcere anno sabbatico creditori nihilo magis licuisse. Num necesse erat, eum, cui serviendo aes alienum solvendum esset, anno sabbatico laborare, cum ne homines quidem liberi eo anno urgerentur? Deinde in priore parte Deut. 15 agitur de anno sabbatico, sive de anno liberationis (vss. 1—11) et verba ipsa, quae continuo sequuntur, de servitute agunt.

Haec consideranti optimum esse mihi videtur interpretari hominem liberum, si solvendo non esset, addici potuisse creditori, qui eum summum usque ad insequentem annum sabbaticum servum habebat, eodem modo, quo (in Levitico) servus summum usque ad annum iubilaeum [4]) servire potuisse legitur, nisi antea liberatus esset. Anno sabbatico non solum aes alienum hominis liberi non exigebatur, sed etiam servus addictus liberabatur. Si vero servitio eorum annorum, qui annum sabbaticum antecesserant, aes alienum nondum omne solutum erat, denuo servus non fiebat, sed fortasse ut reliquis debitoribus ei quoque paulatim solvendum erat, id quod tamen raro accidere potuit. Dominus enim servitio aliquot annorum pecuniam suam plerumque iam recuperaverat. Eum multis donis proficiscentem afficere lex praeterea iubet (Deut. $15^{13 \cdot 14}$). Si cum uxore

---

1) Cf. Ios., Ant. 4, 8, 27.

2) Legis Chammurapi § 117; cf. v. Orelli, o. l. p. 420.

3) Cf. Wilhelm Lotz, Sabbath- und Jobeljahr in H. R. E. [3] XVII, pp. 292—295.

4) De quo vide infra pp. 36 sq.

in servitutem venierat [1]), haec quoque septimo anno cum eo libertatem accipiebat. Sin uxorem peregrinam a domino acceperat, haec ei erat relinquenda, etiam si liberi ei nati essent.

Fieri tamen poterat, ut manere apud dominum mallet, sive quia uxorem et liberos amabat, qui ei tum deserendi erant, sive quia dominum ipsum carum habebat. Quod si ei in animo erat, lege permittebatur, ut perpetuus servus maneret. Ne tamen imprudens eiusmodi consilium caperet, praescriptum erat, ut ad „deos", i. e. ad magistratum, duceretur, apud quem auris eius perfodiebatur in poste ianuae [2]), quod documento erat eum semper [3]) servum mansurum esse.

Servos, qui propter aes alienum aut propter furtum venissent, hominibus peregrinis venire non licere, quamquam ipsis verbis in lege non dicitur, tamen pro certo habendum est. Cum igitur Herodes Magnus concederet, ut fures venirent, id alienum erat a lege Mosaica [4]).

Nobis, qui quod ad statum servitutis, discrimen inter furem et debitorem non fecerimus, etiam videri furem anno septimo liberum fieri uberius indicandum non est [5]).

2. De Israëlitis, qui propter inopiam servi fiebant (Lev. 25^{39-55}).

α. apud dominos Israëliticos.

Ei, de quibus in Lev. agitur, non eiusdem generis esse videntur atque ei, qui propter aes alienum aut furtum venibant. Tota lex alia est. Maximum autem discrimen hoc est, quod servi, quorum hic mentio fit, usque ad annum iubilaeum servi manebant, et quod etiam apud homines peregrinos et advenas, qui in terra Israëlitica habitabant, servire poterant.

---

1) Quomodo Keppler, o. l. p. 227 contendere potuerit, uxorem liberosque servos non fieri, non patet. Idem atque Keppler putant Wallon, p. 14 et Talmudici.

2) Auris perforatio etiam apud alias quasdam gentes signum est servitutis, ut apud Babylonios (cf. Iuvenalis I, 104), apud Arabes (Petron. sat. 102), apud Lydos (Xen. Anab. III, 1, 31) apud Carthaginienses (Plaut. Poen. 5. 2. 21); cf. Benzinger, H. A. [2 1907], p. 126; Nowack, H. A. I. 177; J. G. Frazer, Folk-lore in the Old Testament III, pp. 165—269 („Boring a servants ear").

3) Alii sunt, qui putent, hanc quoque servitutem anno iubilaeo desinere, cf. Keppler, o. l. p. 225; Wallon, o. l. I p. 16; v. Es, o. l. pp. 187 sq. At obliviscendum non est, servum declarare, se liberum exire nolle, neque signum servitutis aeternae, perforationem scilicet auris, erui posse. (cf. Keil, B. A. p. 255).

4) Vide Ios. Ant. 16. 1. 1; cf. Buhl, o. l. p. 106; v. Orelli, o. l. p. 419.

5) Congruit opinio posteriorum, qui servum huiusmodi etiam septimo anno libertatem recuperasse narrant; cf. Buhl, o. l. p. 106.

Prioris generis multi in urbibus habitare potuerunt, hoc tamen genus imprimis constitisse videtur ex hominibus rusticis. Multis praeceptis leges Mosaicae curaverant, ut agri semper ab isdem possiderentur. Quorum praecipuum erat, ut quinquagesimo quoque anno, qui vocatur annus iubilaeus, omnes agri suis dominis denuo attribuerentur. Sed cum lex de agris reddendis agat, fieri non potest, quin etiam ei, qui quinquaginta annis ante agros possederant, aut liberi eorum in libertatem restituti sint. De his autem agit Lev. 25^{39-55}.

Saepe enim factum est, ut is, qui inopiam diutius sustinere non posset, neque haberet, unde victum sumeret, aliquid pignori daret homini ditiori. Si vero omnia vendiderat, nihil aliud relinquebatur, nisi ut se ipsum venderet, interdum fortasse cum uxore liberisque. Multo melius enim ita curabatur, nec curae temporis futuri eum iam premebant. Pecunia, quam acceperat [1]), paulatim accrescebat donis vel forte peculio, quod dominus ei concedebat. Et semper se solvere ei licuisse verisimile est. Lex deinde addit, hominem eiusmodi a domino non ut servum esse tractandum, sed ut mercennarium, qua condicione re vera paene utebatur. Nam se vendiderat in tempus certum non plus quam undequinquaginta annorum. Mercennarius quidam diuturnus erat, quem tamen curae mercennariorum liberorum non premebant. Quos alteri venire lex vetat (Lev. 25^{42}).

Sin tantum pecuniae sibi comparare omnino non potuerat, ut post manumissionem homini libero victus sufficeret, et si cognati eius eum solvere non poterant, utique anno iubilaeo [2]) in libertatem perveniebat. Tum agri, quos antea sive patres sive ipse possederat, ei rursus addicebantur, neque causa erat, cur diutius in servitute maneret (Lev. 25^{41}).

β. apud dominos advenas et accolas (Lev. 25^{47-55}).

Interdum Israëlitae propter egestatem apud advenas [3]) aut accolas [4]), qui in Palaestina habitabant, se servos vendebant. Iis quoque hac lege consultum est. Semper a necessariis solvi poterant. Si facultas oblata erat, se ipsum servitute liberare ei licebat.

1) Iis, quae v. Orelli affert o. l. p. 420: „Die Summe [i. e. die Kaufsumme] ist sicherlich nicht in den Besitz des Knechtes übergegangen, sonst hätte er sich ja jederzeit selber wieder freikaufen können" non assentior. Pecuniam re vera servus, i. e. hic mercennarius diuturnus, habebat, sed condiciones oeconomicae non eae erant, ut se redimere vellet, quippe qui servire apud hominem ditiorem anteponeret.

2) Cf. Buhl, o. l. pp. 113 sq.; Lotz, H. R. E. [3] XVII, pp. 292—295.

3) Hebr. גֵּר.

4) Hebr. תּוֹשָׁב.

Accurate lex praescribit, quantum pecuniae solvendum sit, qua in re rationem habet anni iubilaei. Advenis non licebat servum Israëliticum crudeliter tractare, quippe qui mercennarius habendus esset. Utique etiam eiusmodi Israëlita anno iubilaeo liber erat et ad possessionem patrum redibat.

b. De ancillis Israëliticis.

Non tamen servi solum in legibus Mosaicis commemorantur, sed etiam ancillae, quae propter aes alienum in servitutem veniunt. Supra mentionem fecimus de uxore eius servi, qui ob aes alienum servus factus erat (Ex. 21^{3}); sed etiam mulierem ipsam eodem modo eandemque ob causam in servitutem venire posse, verisimile est (Deut. 15^{12}), cum mulieres ipsas mercaturam facere posse utique credi possit [1]). Eiusmodi mulieres etiam servas perpetuas fieri potuisse perforatione auris, probatur Deut. 15^{17}.

Etsi patrem filium vendere legitimum fuisse nusquam apparet [2]), tamen ei filiam vendere licebat. Cum fortasse hoc interdum factum sit propter egestatem, ita ut ancilla eiusmodi aeque ac servus eiusdem condicionis tractaretur, (scilicet, ut semper solvi posset, utique anno iubilaeo libera esset, neque alteri veniret), tamen talis servae nusquam, quantum scimus, mentio fit.

At ex Ex. 21^{7-12} apparet aliam viam patri patere. Sive propter inopiam, sive alia de causa filiam vendere potest, ea condicione, ut concubina fiat domini vel filii eius.

Lex autem praecipit, ut, si domino non placeat, eam solvere patri liceat. Neque domino licet eam exteris gentibus vendere. Dominus tamen eam filio quoque suo in matrimonium dare potest, quo facto filia ei putanda est. Sin dominus ipse eam sibi sumpsit, neque ei tria debita coniugalia: cibum, operculum, concubitum, praestitit, tum puellae exire licet, nulla pecunia redemptionis soluta.

Iam vidimus legem nusquam concedere, ut Israëlitae servi sint proprie dicti. Neque ei, qui propter aes alienum aut furtum servi fiebant, neque qui propter paupertatem mercennarii quasi diuturni erant, neque filia, quae a patre concubina venierat, sempiterni

[1]) Cf. etiam Ierem. 34^{8-22}, ubi non solum de servis, sed etiam de ancillis agitur.

[2]) Quae Benzinger, H. A. p. 125 dicit: „Dagegen stand es dem hebräischen Vater frei, seine Kinder in die Sklaverei zu verkaufen (nur nicht an Volksfremde), und mancher Arme mag davon gebrauch gemacht haben (Ex. 21^{7})", minus accurata esse videntur, cum nusquam, in legibus saltem Mosaicis, appareat, patri filios quoque suos vendendi potestatem fuisse. Cf. v. Es, E. P. p. 176 ann. 12.

servi fuerunt. Solus is, qui aurem suam perfodiendam permiserit, talis habendus est.

Neque his tamen, qui proprie servi Israëlitici erant, condicio dura esse poterat apud dominum eiusdem nationis. Lege ipsa iam indicatur eos interdum amore erga dominos adductos apud eos manere voluisse, eos igitur ipsos servitium eiusmodi libertati anteposuisse.

Ne Israëlitae exteris populis venirent, lex curaverat (Ex. 21^{16}; Deut. 24^{7}). Is, qui hominem suae nationis rapuerat et vendiderat, interficiendus erat, ut apud Athenienses: apud Romanos ex lege Fabia (I^{i} a. C. n. saeculi) multa, postea etiam morte multabatur [1]).

c. De servis adventiciis [2]).

Israëlita servus perpetuus fieri non poterat nisi sua sponte, sed advenas sibi servos assumere Israëlitis licebat. Quorum servorum nonnulla genera in legibus Mosaicis commemorantur.

Iam ante leges latas Israëlitae lignatores et haustores aquae habebant (Deut. 29^{11}), qui fortasse erant in numero populi mixti, de quo agitur Ex. 12^{38}, Num. 11^{4}. Una cum Israëlitis ex Aegypto profecti erant.

Tria genera servorum adventiciorum sunt discernenda:
1um. captivi.
2um. empti.
3um. vernae.

ad 1um. Captivi. Lex Mosaica primum discrimen facit inter urbes captas, quae longe aberant, et eas, quae propinquae erant. Ex urbibus finitimis omnes incolae necandi erant (Deut. 20^{16}). Sed in urbibus longinquis, ab Israëlitis subactis, quae pacem facere noluissent, viros solos interfici, uxores et liberos rapi lex iubebat (Deut. 20^{13}). Hi fortasse plerumque servi privati et concubinae fiebant.

Sin incolae pacem facere voluerant, tributum iis solvendum erat et Israëlitis serviendum (Deut. 20^{11}). Quo loco cum vox, quae est עֶבֶד, usurpata sit, non certum quidem, sed utique verisimile est, incolas harum urbium non servos privatos factos esse, sed clientes civitatis.

Deinde sanctum erat lege, ne domini mulieres captivas, si displicerent, ancillarum loco haberent: iis permissum erat, ut, si vellent, exirent [3]) (Deut. 21^{10-15}).

1) Cf. Buhl, o. l. p. 35; v. Es, E. P. p. 319; Wiskemann, o. l. pp. 39 sq.
2) Cf. Ex. $21^{20.21.26.27.32}$; Lev. 25^{44-47}.
3) Cf. v. Es, E. P. pp. 182 sq.

ad 2um. Empti. Sed non solum hoc modo Israëlitae servos acquisiverunt. Lex etiam iis permisit, ut servos emerent a gentibus, quae circum eos habitabant, et ab iis advenis et accolis, qui medii inter eos versabantur (Lev. $25^{44 \cdot 45}$). Hi servi a filiis Israëlitarum hereditate accipiebantur, atque ita in perpetuum servi manebant (Lev. 25^{46}).

ad 3um. Vernae. Tertium genus servorum vernae efficiunt. Apud Israëlitas quoque illud „partus ventrem sequitur" observabatur. Neque hi minimam partem ad numerum servorum attribuisse videntur. Utrum in numero vernarum etiam fuerint liberi eorum servorum Israëliticorum, quorum aures perfossae erant, necne, non apparet. Sed verisimile habeo, cum nati essent e matre peregrina.

d. Quomodo servi tractandi sint.

Omnes hi servi adventicii proprie dicti servi erant. Omnino in potestate domini erant, id quod praeterea probatur vocabulis, quae in Vetere Testamento dominium significant [1]).

Multis praescriptis leges huiusmodi servis consulunt, etsi saepe apparet leges quoque discrimen inter homines liberos et servos fecisse. Si cuiusdam bos servum alienum aut ancillam occiderat, non solum bovem necari opus erat, sed etiam dominum bovis triginta nummos argenteos domino servi dare oportebat (Ex. 21^{32}), quia videlicet dominium violatum erat. Sin bos hominem liberum interfecerat, dominus bovis ipse quoque necandus erat. Dominus ius habet servum vendendi (Ex. 21^{16}; Deut. 21^{14}, 24^{7}) aut condonandi (Lev. $27^{28 \cdot 29}$). Israëlitae etiam servos Deo vovere poterant [2]) (Lev. 27^{1-8}), quos tamen solvere debebant pretio lege statuto. Ei servi, quos Israëlitae sua sponte devoverant, sacerdotibus obveniebant (Lev. 27^{28}), ei, quos lex devoveri iusserat, interficiendi erant (Lev. 27^{29}) [3]).

Tametsi dominium servorum inter homines lege sancitur, servus altera ex parte non omnino res habetur. Multa lenius praescripta in legibus inveniuntur. Nimia duritia, qua servus afficitur, punitur, domino servum castigare quidem licebat, sed modus adhibendus erat, cum servus laesus liber exire posset (Ex. $21^{26 \cdot 27}$). A domino, qui servum castigando occidit, poenae repetendae sunt (Ex. $21^{20 \cdot 21}$) [4]), et si

---

1) Cf. v. Es, E. P. pp. 83 sq.
2) O. l. pp. 212, 217.
3) O. l. p. 223.
4) Alii (Nowack, o. l. I p. 175, Benzinger, H. A. p. 121) putant eiusmodi caedem servi alieni nihil nisi „Eigentumsverletzung" esse; cf. v. Es, E. P. p. 85.

quis dolo malo servum interfecerat, ab eo supplicium sumendum erat haud aliter ac si hominem liberum necavisset [1]). Domino igitur ius vitae necisque servorum non erat ut apud alias quasdam gentes.

Omnibus servis, etiam peregrinis, die sabbati (Ex. 20^{10}, 23^{12}; Deut. 5^{14}) et diebus festis (ut Pascha, festis diei quinquagesimi, tabernaculi, primitiarum) (Deut. 12^{12-18}, 16^{11-14}) quiescere, frugibus, quae anno sabbatico creverant, uti (Lev. 25^{6}), epulis sacrificalibus interesse [2]) (Deut. 12^{18}, $16^{11 \cdot 14}$) licebat. Circumcisione enim particeps fiebat servus societatis in religione initae. (Legem intendisse, ut ad circumcisionem cogi posset, non apparet) [3]). Circumciso Pascha edere licebat (Ex. 12^{44}), id quod ceteris peregrinis et mercennariis, qui circumcisi non essent, interdictum erat (Ex. 12^{45}).

Servum fugitivum domino reddere opus non erat, ei licebat manere ubi cupiebat, neque eam ob rem opprimendus erat (Deut. $23^{15 \cdot 16}$). Hic humanitas etiam ius ipsum superat. Nonne legislator hac re indicavit, servum fugiturum non fuisse, nisi dominus eum male tractavisset?

Postremo ex praecepto legis: non ligabis os bovis terentis in area fruges tuas (Deut. 25^{4}) [4]), apparet, legem, quae tanta mansuetudine etiam erga animalia fuerit, severam in servos esse non potuisse.

e. De manumissione servorum. [5])

Ut hic breviter componamus, quae leges Mosaicae de servorum manumissione sanxerint, reminiscendum est, servos Israëliticos omnes liberos fieri anno septimo aut anno iubilaeo; praeterea si laesi essent aut redempti, manumittendos esse.

Ancilla Israëlitica easdem ob causas liberanda erat, sed praeterea redimi poterat, si domino vel filio domini concubina displicebat, et pretio non dato libera erat, si dominus eam sibi concubinam assumpserat, neque ei debita coniugalia praestiterat.

1) Cf. legem eiusmodi Aegyptiam, supra p. 27.

2) Apud alias gentes hoc singulis ludis tantum permissum erat, ut festis servilibus Cretae, Troezene, in Thessalia, alibi (Athenaeus XIV, 639). Romae priscis temporibus una cum domino servus ad mensam sedebat, id quod postea Saturnalibus solis iis permittebatur; vide H. Blümner. Die röm. Privatalt. [1911], p. 288; cf. Wiskemann, o. l. p. 41.

3) Postea Rabbini statuerunt, ne servus ad circumcisionem cogendus esset. Si se circumcidi passus non erat, post annum vendendus erat, praeterquam si pepigerat, ne circumcideretur; quodsi fecisset, semper manere apud dominum ei licebat, neque venire poterat a domino.

4) Cf. I Cor. 9^{9}, I Tim. 5^{18}.

5) Cf. Wiskemann, o. l. pp. 42 sq.

Fortasse ea quoque serva manumittenda erat, quae servo sponsa, a domino violata esset (Lev. 19^{20}), etsi haec lex subobscura est [1]).

Servi adventicii in libertatem perveniebant [2]), si e regione peregrina in Iudaeam confugerant (Deut. $23^{15 \cdot 16}$). Serva captiva, cui dominus promiserat, se eam in matrimonium ducturum esse, quae tamen domino displicebat, manumittenda erat (Deut. 21^{10-15}). Eodem modo ac servi Israëlitici etiam hi servi liberi fiebant, si a domino laesi aut a cognatis vel suo peculio redempti erant.

In V. To. nusquam legimus multos servos eodem tempore liberatos esse, id quod mirandum non est, si consideramus, numerum servorum peregrinorum numquam magnum fuisse et servos melius tractatos esse quam apud alias quasdam gentes.

f. Conclusio.

Servitutem apud Israëlitas temporibus legislationis Mosaicae magni non fuisse momenti, probatur Deut. $24^{14 \cdot 15}$, ubi hominum liberorum quoque opera sanciuntur. Quos mercennarios, sive Israëliticos, sive adventicios, opprimere non licebat. Cotidie merces iis solvenda erat (Lev. 19^{13}) [3]).

Si condicionem servorum, qui apud Israëlitas erant, conferimus cum sorte servorum finitimarum gentium, apparet, quod attinet ad leges, de quibus solis hic agimus, leges Mosaicas multo benigniores fuisse quam cum aliarum gentium leges, tum Babyloniorum a Chammurapi latae fuerunt. Crudeliter praescripta huius legis in legibus Mosaicis non inveniuntur. Quod inter alia imprimis perspicuum est ex eo, quod Chammurapi domino concedit, ut servo faciat, quod velit, lex Mosaica vitam etiam servi tutetur [4]).

III. Quam vim servitus in Palaestina post legislationem Mosaicam habuerit.

Postquam vidimus, quae leges Mosaicae de servis praeceperint, iamnunc quaeramus, utrum saeculis, quae inter Mosen et Christum praeterierunt, condicio servorum apud Israëlitas his legibus responderit, necne. Quod ut cognoscamus, imprimis libri V. Ti.,

---

1) Cf. v. Es, E. P. pp. 179 sq., 321 ann. 24.

2) Cf. tamen Benzinger, H. A. p. 124: „Die Freilassung eines volksfremden Sklaven scheint selten vorgekommen zu sein, nirgends ist uns eine solche erzählt, und die alten Bestimmungen über Freilassung gelten nur den israelitischen Sklaven". At quae Ex. $21^{26 \cdot 27}$ praecipiuntur, mihi ad servos adventicios spectare videntur.

3) Etiam Ex. $35^{25 \cdot 26}$ mulieres, quae manibus suis nebant, sapientes nominantur.

4) Cf. H. H. Kuyper, Ev. en Rev. p. 104.

investigandi sunt, deinde breviter attingemus, quae libri Talmudici exhibeant, postremo, quae Essaei Therapeutaeque docuerint.

a. De Vetere Testamento.

1. De servis Israëliticis.

De his non multa nota sunt ex temporibus post leges Mosaicas. Neque annus sabbaticus, neque annus iubilaeus semper observatus est [1]), neque servi anno septimo semper liberabantur. Cum urbs Ierusalem a Chaldaeis oppugnaretur, iussu Ieremiae prophetae omnes servi in libertatem venerunt, sed cum urbs non iam premeretur, incolae servos et servas rursus sibi subegerunt. Quam ob rem Ieremia eos monuit, legem imperare, ut septimo quoque anno unusquisque servos Hebraeos dimitteret, iisque praedixit, nisi legi obtemperavissent, urbem deletum iri (Ierem. 34).

Etiam ex Nehemia 10^{31} apparet legem hanc observatam non esse. Tunc Nehemia denuo statuit, ut servi anno septimo liberarentur.

In historia nusquam commemoratur servorum aures perfossas esse, ita ut servi perpetui sua sponte fierent. Neh. 5^{5} populus queritur filios suos et filias in servitutem redactos esse. Nehemia tum commemoravit se Iudaeos, qui paganis venierant, redemisse.

Servitutem ob aes alienum impositam in usu mansisse praeterea probatur II Reg. 4^{1}, ubi uxor filiorum prophetarum auxilium Elisae invocasse dicitur, quia creditor duos ipsius filios servos sibi assumere vellet. Metaphorice hoc genus servitutis affertur Ies. 50^{1}, (cf. Amos 2^{6}, 8^{6}).

Cum Israel et Iuda bellarent, Israëlitae victores Iudaeos captivos in servitutem redigere cupiebant, quod Oded propheta vetuit, postulans ut extemplo dimitterentur (II Chron. 28^{8-16}).

Attamen interdum factum est, ut Israëlitae ad alias gentes in servitutem venirent. Tyrii et Sidonii et alii populi, qui circa Palaestinam habitabant, Iudaeos et incolas Ierusalem Graecis vendiderunt (cf. Ioel 3^{6}) [2]). Singuli antea iam rapti erant (cf. II Reg. 5^{2}, ubi Syrii puellam ex Israël secum duxerunt, quae ancilla erat uxoris Naäman) (cf. Iudic. 5^{30}).

2. De servis adventiciis.

Non saepe audimus servos emptos esse. Verisimile tamen est numerum eorum non minorem fuisse quam aliorum, cum Phoenices

---

[1]) Iosephus (Ant. 11, 8, 6) tamen annotat, annum sabbati temporibus Alexandri Magni a Iudaeis observatum esse, etiam aetate Hasmonaeorum et Herodum (Ios. B. I. 1, 2, 4; Ant. 13, 8, 1; 14, 6, 2; 14, 10, 5—6; 15, 1, 2; Tac. Hist. 5, 4). Cf. Lotz, in H. R. E. [3] XVII, p. 293; Buhl, o. l. pp. 113 sq.; J. Juster, o. l. I. pp. 358 sq.

[2]) Cf. Ed. Meyer, Skl. A. p. 191.

magnam servorum mercaturam facerent, a quibus Israëlitae facile servos emere poterant.

De vernis raro agitur (cf. Ierem. 2^{14}).

Servi, quos Israëlitae habebant, plurimi captivi erant. Etsi lex praeceperat (Deut. 20^{13}), ut incolae urbium finitimarum omnes necarentur, Israëlitas tamen mulieribus et pueris Midianitarum pepercisse Num. $31^{7\ 54}$ docet (vs. 9). Postquam autem Mose iubente omnes pueri masculi et uxores interfecti sunt, remanebant 32.000 virginum, e quibus 16.000 bellatoribus attributae sunt, (32 exceptis, Deo dedicatis) et 16.000 ceteris Israëlitis (e quibus 320 Levitis addictae sunt). Plerique tamen captivi servi publici facti sunt, eodem modo, quo e Ios. $9^{21 \cdot 23 \cdot 27}$ cognoscimus Gideonitas, qui dolo usi essent, ligna caedere et aquam haurire iussos esse a Iosua; ceterum e Ios. 9^{18} apparet usque ad id tempus incolas semper occisos esse. Etiam Canaänitae, qui Gezer habitabant, serviebant tributum solventes (Ios. 16^{10}, cf. 17^{13}).

Multis bellis, ab Israëlitis gestis, numerum servorum interdum magnum fuisse, docet II Chron. $2^{17 \cdot 18}$, ubi Salomo 153.600 „virorum peregrinorum" dividit in 70.000 baiulorum, 80.000 lignatorum, 3600 exactorum. Hi גרים [1]) non semper servi privati erant, sed ut hic, saepe servi publici. Semiliberi erant, et cum a sorte eorum sors servorum peregrinorum non multum discrepare videretur, factum est, ut apud Rabbinos עבד כנעני significatio vulgaris servorum peregrinorum esset [2]).

Post reditum e Babylonia erant 7337 servi et ancillae, numerus autem omnium Iudaeorum erat 42.060 (Esdras $2^{64 \cdot 65}$). Servi igitur sextam fere partem ingenuorum effecerunt.

Condicionem servorum adventiciorum duram fuisse nusquam apparet [3]). Quin etiam interdum tales servi uxores habebant Israëliticas. I Chron, $2^{34 \cdot 35}$ Sesan quidam narratur filiam nuptum collocavisse servo Aegyptio, cui nomen erat Ieraä. Eos igitur etiam heredes institui posse, mirum non est. II Sam. 16^{4} David servo Mephiboseth bona Saul dedisse dicitur (cf. iam Gen. $15^{2 \cdot 3}$).

Aliquot servorum peregrinorum opera cotidiana tradita sunt [4]). Servus, cui nomen Ziba, exactor operis rustici, tantos profectus fecerat ipse, ut 20 servos haberet (II Sam. $9^{9 \cdot 10}$). In epulis alii dominorum ministri erant (I Sam. 25^{41}), pecus pascebant, agros et hortos colebant alii, nonnulli domum curabant, liberos domini

---

[1]) Cf. in universum A. Bertholet, Die Stellung der Israeliten und der Juden zu den Fremden [1896].

[2]) Cf. v. Orelli in H. R. E. ^{3} XVIII, p. 419.

[3]) Cf. tamen I Reg. $2^{39 \cdot 40}$, ubi legitur duos servos Semei aufugisse ad urbem Gath. quos Semei inde reduxisse.

[4]) Cf. Wiskemann, o. l. p. 40.

educabant. Puerum, qui metentibus praeerat, invenimus Ruth $2^{5.6}$.

Ancillae plerumque in domibus opera faciebant et dominae aderant in coquendo, suendo, nendo, aliis operibus domesticis. Raro in agris erant (Ruth $2^{8.23}$), interdum iis impositum erat, ut molas manibus verterent (cf. Ex. 11^{5}; Is. 47^{2}; Eccles. 12^{4}). Ancillae etiam in liberis nutriendis adhibebantur (II Reg. 11^{2}; cf. Gen. 35^{8}; II Sam 4^{4}; Iudic. $4^{14\,sqq.}$).

Quod ad servos publicos, imprimis mentio facienda est de iis, qui in templo servientes Nethinim (i. e. donati) vocabantur [1]. Incertum est, quando et quomodo hoc genus ortum sit. Fortasse Gibeonitae et alii captivi paulatim ad inferiora negotia in templo adhibebantur, ut Iosua iam fecerat (Ios. 9^{21}). A rege David et a principibus captivi aliquot templo donati sunt (Esdras 8^{20}). Rex Salomo ei numero alios addidit, quibus nomen erat „servi Salomonis", qui saepe una cum Nethinim commemorantur (Esdras 2^{58}; Neh. 7^{60}, 11^{3}). Semper peregrini erant, sed eos circumcisos esse et leges iis observandas fuisse consentaneum est. A Graecis postea tales servi ἱερόδουλοι nominabantur [2]. Partim in urbe Ierusalem (Neh. $3^{26.31}$, 11^{21}), partim in urbibus Levitarum (Esdras 2^{70}; Neh. 7^{73}) habitabant. Numerus eorum interdum maior erat. Cum Zorubbabel 392 Nethinim et servi Salomonis e peregrinatione reverterunt anno 538 a. C. n. (Esdras 2^{43-58}, Neh. 7^{46-60}), cum Esdra (c. 458 a. C. n.) 220 viri (Esdras 7^{7}, 8^{20}). Postea non iam commemorantur.

Aliud genus servorum, qui saepissime in V. To. commemorantur, est Eunuchorum. Etsi leges Mosaicae ipsis verbis non interdixerant, ne servi eunuchi fierent, apparet, hoc eo minus licuisse, quod ne ex animalibus quidem ea, quae castrata erant, deo sacrificari poterant (Lev. 22^{24}). Neque tali homini libero in contionem Dei venire licebat (Deut. 23^{1}). Postea tamen saepe adhibebantur. Iam Samuel hoc praedixerat de regibus Israëlitarum (I Sam. 8^{15}), et fortasse David (I Chron. 28^{1}) aliique reges eunuchos habebant usque ad tempora peregrinationis Babyloniae [3]. Eunuchi haud minimum obtinent locum, cum saepe ad summos honores pervenerint, etsi animadvertendum est, vocem, quae est סָרִיס fortasse saepe usurpatam esse ad ministros regis in universum significandos [4]. Quem morem reges adepti erant a regibus orientalibus. Prophetae magna misericordia in eos commoti erant (Is. 56^{3}).

---

[1] Cf. v. Orelli, in H. R. E. [3] XI, pp. 421 sq.; Hepding, i. v. Hieroduloi, in P. W. R. E. VIII [1913], col. 1460.

[2] Cf. Ios. Ant. 11, 5, 1.

[3] Eunuchi commemorantur I Reg. 22^{9}; II Reg. 9^{32}, 23^{11}, $24^{12.15}$; I Chron. 28^{1}; Is. 56^{3}; Ierem. 29^{2}, 34^{19}, 41^{16}; alibi.

[4] Cf. Benzinger, H. A. pp. 258 sq.

b. De libris Talmudicis [1]).

Quamquam ea, quae libris Talmudicis continentur, neque accuratam legum Mosaicarum interpretationem, neque semper veram imaginem historiae exhibent [2]), tamen quin pauca afferamus, facere non possumus, ut videamus, quomodo a Iudaeis postea, Christi fere temporibus, servi tractati sint. Uno libello data opera de servitute agitur, sc. עבדים [3]) (Massechet Abadim), qui tamen inter libros canonicos non numeratur.

Maimonides quoque (1135—1205) scripsit de עבדים [4]).

1. De servis Israëliticis.

Etsi iam ex legibus V. Ti. homo Israëliticus apud civem Israëliticum servus perpetuus proprie dictus nisi sua voluntate fieri non poterat, secundum nonnulla dicta librorum Talmudicorum postea servitus eiusmodi omnino sublata est, etsi alibi interdum de ea mentio fit [5]). Utut res se habet, hic illic praescriptum legimus, quomodo servi Israëlitici sint tractandi. Homo ipse pro dominio habendus non erat, sed sola opera eius. Omni tempore se redimere poterat neque hereditate ad alterum dominum transibat. Opus servile ei mandare non licebat. Post sex annos libertatem recuperabat.

Saepius viri Israëlitici hominibus paganis in Palaestina se vendidisse videntur, antea omnibus possessionibus, quin etiam filia et filio, creditori venditis.

2. De ancillis Israëliticis.

Si pater, inopia adductus, filiam suam homini Israëlitico vendidit, haec uxor domini fit. Hoc modo tamen sola puella nondum adulta venire potest, neque hic modus multum differt a matrimonio vulgari.

---

1) Vide imprimis: S. Krauss, Talmudische Archäologie, II pp. 83—111: Sklaven und Lohnarbeiter; D. Farbstein, Das Recht der unfreien und der freien Arbeiter nach jüdisch-talmudischem Recht verglichen mit dem antiken, spez. m. d. röm. Recht [1896].

2) Cf. v. Orelli in H. R. E. [3] XVIII, p. 419: „Der Talmud hat alle diese Gesetzesbestimmungen ausführlich erörtert und näher präzisiert. Doch sind bei der späten Entstehung dieses Schrifttums seine Angaben nicht als authentische Interpretationen des alten Gesetzes nach maszgebender Tradition, und auch nicht als sichere Zeugnisse für die Praxis anzusehen, sondern nur mit groszer Vorsicht zu verwerten." Cf. J. Juster, Les Juifs dans l'empire romain, I, pp. 23—25: „Valeur historique du Talmud et des Midraschim".

3) Cf. Schürer, Geschichte des jüdischen Volkes I [3.4 1901], p. 138; Strack in H. R. E. [3] XIX, pp. 328 sq.; Strack, Einl. in den Talmud, [4] p. 71.

4) Interpretatio latina: J. C. Kall, De servis et ancillis [1744].

5) Cf. Krauss, o. l. p. 83.

Si forte homini pagano serva Israëlitica serviebat, quam celerrime eam a cognatis redimi oportebat. Mulier neque se ipsa vendere, neque propter furtum alteri venire potest.

3. *De servis adventiciis.*

Servos adventicios, quos כנעני et כנענית appellant, interdum magno numero adhibitos esse, probant Talmudici, narrantes hominem ditissimum quendam, nomine Elieser ben Charsom, permultis servis suis ignotum fuisse, et alii Rabbi cuidam 60 servos dono datos esse; alibi mentio fit de urbe, quae a solis servis paganis habitabatur. Sed hae exceptiones sunt — si omnino verae sunt — et ut alii numeri hi quoque fortasse modum transeunt.

Ei, qui *emptione* [1]) in possessionem Israëlitarum veniebant, emi poterant in foris, quae Gazae, Accone, Batne, Tyri, alibi, erant, ubi imprimis Phoenices servorum mercaturam faciebant. Interdum servi *rapti* vel *captivi*, plurimi tamen *vernae* erant. Etiam infantes expositi, quos paganos esse constabat, et pagani, qui ultro se vendiderant, servi fiebant.

Novo servo nota imprimebatur, ut, si effugisset, facile agnosci posset, bullam in collo ferebat et tintinnabulum, interdum vitta caput eius circumdatum erat.

Non semper bene tractabantur, id quod tamen Rabbini vituperabant. At contra interdum testamento tutor filii nondum adultae aetatis servus instituitur. Cum lex eos partim pro re habeat, neque peculium eorum legitimum est, quamquam interdum habent, ita ut se redimere possint, neque matrimonium inire possunt. In castigando non modo baculum, sed etiam flagellum et alia instrumenta crudelia adhibebantur; servus laesus liber fieri potest, ut V. T. iusserat, dummodo testes adsint. Quod ad religionem, eadem fere iura ac mulieres et pueri habebant.

4. *De manumissione servorum.*

Servi Israëlitici posterioribus quoque temporibus isdem modis libertatem accipere poterant, atque leges Mosaicae praeceperant. Magno merito ducebatur, si quis Iudaeos, qui in servitutem apud nationes peregrinas venerant, in libertatem revindicaret, ut iam Nehemia fecerat (cf. I Macc. 3^{41}; II Macc. 8^{11}) [2]).

Servos adventicios nonnulli Rabbini manumitti posse omnino negabant, testimonium afferentes Lev. 25^{46}, alii tamen aiebant. Illa opinio fortasse aetate Hadriani orta est, qui manumissiones

---

1) In V. To. nusquam mentio fit formularum, quibus emptio servorum fieri debebat, libri Talmudici formulam eiusmodi exhibent; cf. Krauss, o. l. p 88.

2) Cf. Nowack, H. A. p. 180.

deminuere conabatur. Quam ob rem causa non est, cur credamus, manumissiones ante id tempus raras fuisse.

Commemorandum est multa praescripta, quae ad manumissionem spectant, cohaerere cum praeceptis iuris Syro-Graeci vulgaris [1]. „Die auf die Freilassung bezüglichen rabbinischen Daten wurzeln nicht ausschliesslich in römischen Rechtsanschauungen, sondern gehören zum Teile, besonders durch Punkt 3, 4 [i. e. manumissio per vindictam, et man. in hierodulismum] zur Sphäre des syrisch-griechischen Volksrechts, das in der östlichen Reichshälfte noch zu Recht bestand und dessen Geltung bei den Juden sowohl im Ehe- als Sklavenrechte uns nun schon mehrfach hervorgetreten ist" [2].

Servi adventicii manumitti possunt his modis:

1um. redemptione.

2um. per testamentum, per epistolam, per mensam.

3um. per vindictam.

4um. in hierodulismum, vel ad proseucham [3].

5um. secundum praescripta legis, si a domino laesi erant, si servus semi-liber erat, (servus „communis") si dominus vivus ei rem familiarem suam concesserat, si dominum non habebat; serva si stuprum passa erat. Invito domino servus liber fiebat, si in balneo sollemni declaraverat, se lavari conversionis causa.

c. De Essaeis Therapeutisque.

Apud Iudaeos soli Essaei [4]) et Therapeutae [5]) servos sibi assumere

[1]) Signum quoque, quod novo servo imprimebatur, debetur iuri Syro-Graeco, vocabatur enim נימוס = *νομός* = *νομή*. Cf. Krauss, o. l. pp. 87, 89. Et in utroque iure emptio deleri nequit, si vitia inveniuntur postea.

[2]) Krauss, o. l. p. 99.

[3]) Hanc rationem manumittendi etiam novimus ex inscriptionibus Panticapaei; cf. Latyschev II [1890] 52, 53, cf. 400; C. I. G. 2114bb. (2 p. 1004). Mitteis, Reichsr. u. Volksr., p. 96 ann. 3; E. Schürer, o. l. III [4 1909], pp. 18, 53; cf. tamen Hepding, o. l. col. 1467.

[4]) Vide Philo, Quod omnis probus liber, 12; Eusebius, Praepar. ev. VIII, 11, 5. Neque in libris apocryphis V. Ti. neque in N. To. Essaei commemorantur; cf E. Schürer, o. l. II [4 1907], pp. 651—680, ubi cetera opera enumerantur; W. Bousset, Die Religion des Judentums im Neutestamentlichen Zeitalter [2 1906], pp 524—536; E. Zeller, Die Philosophie der Griechen, III, 2, 2 [4 1903], pp. 307 sqq.; J. Juster, Les Juifs dans l'empire Romain I pp. 25, 488—492; v. Orelli, in H. R. E. 3 XVIII, p. 423; G. Uhlhorn, in H. R. E. 3 V, pp. 524—527; P. Volz, o. l. pp. 262—264; D. Plooy, De bronnen voor onze kennis van de Essenen [1902], pp. 45, 80—83, 101—103.

[5]) Vide Philo, De vita contemplativa II, p. 471 sq.; cf. Plooy, o. l. pp. 104 sq., ubi alia opera enumerantur; J. Juster, o. l. p 487; Zeller, o. l. pp. 377 sqq.

nolebant, qui tamen non solum servitutem reiciebant, sed etiam omnia fere alia, quae in vita cotidiana inveniantur. Essaei plus cibi et potionis quam quod ad vivendum necessarium erat, non sumebant. Possessionem privatam aeque ac mercaturam vitabant. Communionis omnium bonorum rationem exercebant, omnia, quae labore suo acquisiverant, in usum omnium deponentes. Consuetudine hominum, qui ab iis non erant, quam minime utebantur, quam ob causam ne matrimonium quidem inibant. Mirum iam non est, eos servos non habuisse. Prorsus hoc alienum fuisset a ratione vitae eorum simplici atque tenui. Nemo eorum se alteri anteponebat, unusquisque semper paratus erat ad officia praestanda ceteris hominibus.

Aliquanti momenti haec secta erat temporibus Iesu, cum id temporis circa 4000 Essaeorum fuisse dicantur, qui tamen non uno loco, sed dispersi per vicos Iudaeorum habitabant.

Philo [1]) de iis scribit haec: „Δοῦλός τε παρ' αὐτοῖς οὐδὲ εἷς ἐστιν, ἀλλ' ἐλεύθεροι πάντες, ἀνθυπουργοῦντες ἀλλήλοις· καταγινώσκουσί τε τῶν δεσποτῶν, οὐ μόνον ὡς ἀδίκων ἰσότητα λυμαινομένων, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀσεβῶν, θεσμὸν φύσεως ἀναιρούντων, ἣ πάντας ὁμοίως γεννήσασα καὶ θρέψασα μητρὸς τρόπον, ἀδελφοὺς γνησίους, οὐ λεγομένους, ἀλλ' ὄντας ὄντως ἀπειργάσατο". Quae verba si vera de Essaeis exhibent [2]), apud eos non solum servitus ipsa deerat, id quod tota vita eorum satis declarat, sed etiam causam, cur servitus reicienda esset, invenerunt [3]).

De Therapeutis non multa nota sunt. Ut Essaei hi quoque Ascetae, qui dicuntur, habendi sunt. In singulis tentoriis vitam contemplationi deditam vivebant, cotidie, die Sabbati excepto, usque ad solis occasum, cibo abstinentes. Iis igitur non magis quam Essaeis servis opus fuisse, apertum est.

IV. Conclusio.

Si omnia, quae de servitute apud Israëlitas nota sunt, inter se conferimus, apparet, dicere non licere, servitutem aliquo tempore

---

1) Q. O. P. L. 12.
2) Cf. Plooy, o. l. pp. 89 sq.
3) Cf. etiam Zeller, l. l.: „. . . . sind sie, so viel wir wissen, die ersten, welche die Sklaverei nicht allein grundsätzlich verwarfen, sondern auch thatsächlich aus ihrem Gemeinwesen ausschlossen, indem sie . . . ." e. q. s; Plooy, p. 8: „Wanneer de Essenen meenen, dat de slavernij indruischt tegen den θεσμὸς φύσεως, dan is dit geheel in den geest van het overige gedeelte van het geschrift, en de gevolgtrekking, dat dan ook de slavernij werkelijk moet worden opgeheven, ligt voor de hand". v. Orelli, o. l. p. 423.

ignotam fuisse [1]), neque altera ex parte opera liberorum hominum apud eos nullius momenti putanda esse [2]).

Sed condiciones operariorum liberorum et servorum re vera, quamquam quod pertinet ad legem differrent, non multum discrepuisse iam ea re probatur, quod eodem vocabulo saepe utrique indicantur, עֶבֶד dico (cf. verbum quod est עָבַד).

Homines Israëlitici ipsi laboriosi erant, neque opera manuum despiciebant. Multis exemplis hoc probatur. Nonnulla tantum afferamus. Vidimus iam Sara ipsam opera domestica praestitisse. Saul, postquam rex delectus est, ex agro redit cum bubus (I Sam. 11^{5}). Homo dives Sunamiticus in agro cum messoribus erat (II Reg. 4^{18}). Boas ipse operibus operariorum intererat (Ruth $2^{14 \cdot 15}$). De mercennariis non solum in Pentateucho, sed etiam posterioribus temporibus saepe mentio fit [3]).

Nulla re praeterea probatur servorum numerum unquam permagnum fuisse. Neque magna latifundia, ubi copiae servorum adhibendae essent, neque magnae officinae. quae multorum hominum industriam poscerent, in Palaestina inveniebantur. Plerique servi domestici erant, neque ii, ut interdum apud Romanos, magno numero in singulis domibus praesto erant. In universum eos bene tractatos esse, ubique patet. Ut exemplum afferam: Saul cum servo asinas amissas patris quaerens, velut ab amico ab eo consilium accepit, quid sibi faciendum esset, et cum nihil nummorum secum ferret, servus quartam partem sicli ei dedit, quam pecuniam Samueli daret ad eum interrogandum (I Sam. 9^{8}). In convivio, quod Samuel deinde cum triginta viris invitatis habuit, Saul et servus summa loca obtinebant (I Sam. 9^{22}).

Etsi domino servum castigare licebat, nusquam tamen apparet dominos crudeles fuisse. Uxoris enim et filiorum non multo maiora iura erant, cum potestate patris collata, et aeque ac servi,

---

1) v. Es, E. P. p. 85 ann. 50 annotat R. Grünfeld [o. l. p. 12] concludere e significatione vocabuli, quod est עֶבֶד, servitutem initio apud Israëlitas ignotam fuisse.

2) Cf. I. Benzinger in Enc Bibl. IV [1903] col. 4653: „Among the Hebrews, as in the ancient world in general, there was no such thing as free labour in the modern sense; men-servants and maid-servants were the property of their masters — in other words were slaves". Quae mihi videntur aliquantum veritatem excedere neque satis corrigi iis, quae sequuntur: „We must carefully dissociate this word, however, from certain ideas unseparably connected with it in the modern Christian world. In the Hebrew conception there was no such profound difference between the slave's relation to the head of the house, and that held by the other members of the family".

3) Lev. 19^{13}, 25^{53}; Deut. 15^{18}, 24^{14}; Ierem. 22^{13}; Haggai 1^{6}; Mal. 3^{5}.

filii a patre castigari poterant. Condicionem filii non multum discrepuisse a sorte servorum, plurimi momenti est ad iuste iudicandum, iure enim Benzinger haec scribit[1]: „[Es ist] für den Sklaven nichts Entwürdigendes, dass er Besitztum seines Herrn ist und ihm unbedingtes Gehorsam schuldet; denn auch die freigeborene Frau und die freien Kinder sind rechtlich betrachtet vollständig der Gewalt des Hausherrn unterworfen. Auch ist tatsächlich kein so grosser Unterschied zwischen der Stellung der Sklaven und der der übrigen Hausgenossen, der uns berechtigen würde, jene als die Elenden und Unglücklichen zu bemitleiden." Notandum est, in V. To. dominos interdum admoneri, ne mitiores sint in servos[2]. Hominis pii esse iura servorum non contemnere[3] neque iis maledicere[4]. In eiusmodi vitae condicionibus tumultus servorum numquam fuisse, mirum iam non est.

F. Quid in universum de servitute apud Orientales iudicandum sit.

Iure Ed. Meyer servitutem apud populos Orientales non multum valuisse scribit: „So hat dann auch . . . . die Sklaverei im Orient wirtschaftlich kaum irgendwo eine gröszere Rolle gespielt. Auch hier gilt es, sich von den populären Vorurteilen recht gründlich frei zu machen. Die Sklaverei reicht und reichte auch vor ihrer Zurückdrängung durch den Einflusz der abendländischen Emanzipationsbestrebungen im Orient nicht wesentlich weiter als die Polygamie; die Sklaven sind kein produktives, sondern ein sehr kostspieliges Inventar des Hauses; sie dienen im wesentlichen nur der persönlichen Bedienung . . . . die Haussklaverei [findet sich] im Orient nur da, wo man auch bei uns eine persönliche Bedienung zu halten imstande ist. Dagegen ist sie in die Landwirtschaft in gröszerem Umfang überhaupt nicht und in Handwerk und Industrie nur in sehr beschränktem Masze eingedrungen. Im allgemeinen arbeitet auch die Industrie mit freien Arbeitskräften aus dem eigenen Volke. Nur in den grö szten Kulturzentren der orientalischen Welt, in Babylonien und seinen Nachbargebieten, hat die Sklaverei auch für die Produktion eine gröszere Bedeutung gewonnen, wie im Altertum, so im Mittelalter"[5].

Babylonii et Assyrii totos quidem populos alio emigrare iusserunt,

---

1) Benzinger, H. A. p. 124.
2) Prov. 29^{19-21}, cf. Sir. $33^{25 \text{ sqq.}}$
3) Iob 31^{3-15}.
4) Prov. 30^{10}.
5) Ed. Meyer, Skl. A. p. 190.

ut Israëlitas et Iudaeos, qui tamen non servorum loco habebantur sed liberi manebant.

Ed. Meyer in haec iudicium suum concludit: „Wir sehen, das intensive Sklavenbedürfnis, der Heisshunger nach Sklaven, welche für die spätere römische Republik so charakteristisch ist, fehlt dem Orient durchaus" [1]).

---

§ 2. QUAE FUERIT SERVORUM APUD GRAECOS ET APUD ROMANOS CONDICIO.

Iam inquisituris, quam late viguerit et qualis fuerit servitus apud Graecos et apud Romanos [2]), in hoc argumento opus non esse omnia copiosius afferre apertum est. Apud populos Orientales, Palaestina excepta, non multa de servitute nota esse vidimus, ita ut interdum ex paucis iudicandum esset, apud Graecos et Romanos tam multa se offerunt, ut eligenda potius quaedam sint.

De his autem quaestionibus inquirere imprimis necesse esse mihi videtur:

A. Utrum servitus apud Graecos et apud Romanos adeo viguerit, ut dicere liceat, societatem antiquam servitute niti, necne; quae rationes intercesserint inter numerum operaque servorum et hominum liberorum.

B. Deinde itane ab hominibus liberis opus contemptum sit, ut eam ob causam omnia fere opera servis obvenirent.

C. Postremo quae servorum apud utrumque populum fuerit condicio.

Postquam cap. III° viderimus, quas rationes religio Christiana cum servitute habuerit, nobis in animo est indagare cap. IV° quomodo et quibus de causis rationes inter dominos et servos postea mutatae sint, quid hac in re philosophiae antiquae, quid ceteris causis tribuendum sit.

Si, quantum fieri poterit, perspicue ad has quaestiones responderimus, fortasse statui poterit, utrum religio Christiana aliquid ad servitutem deminuendam et leniendam attribuerit, necne.

Etsi servorum apud Graecos et apud Romanos condiciones multum inter se discrepuerunt, tamen praesertim aetate Christianorum

---

1) O. l. p. 192. Litteras Ed. Meyer ipse diduxit.

2) De servis, qui apud Graecos et apud Romanos erant, omnibus fere operibus agitur, quae sunt de eorum historia, antiquitatibus, litteris, quae omnia afferre necesse non habeo. Nonnulla tantum, quae de servitute ipsa in universum agunt, enumerabimus in Appendice (in fine huius operis).

antiquorum, cum omnes uni obtemperarent imperatori, res ita commixtae erant, ut simul de utraque gente agere praestare videatur.

A. Quam late servitus patuerit quantamque vim habuerit apud Graecos et Romanos.

Ante omnia statuendum est notionem servitutis item neque Graecis neque Romanis certam atque definitam fuisse. Varia enim genera hominum fuerunt, qui liberi non erant, nec tamen servi (δοῦλοι): Εἵλωτες [1]) Spartae, Penestae [2]) in Thessalia, Mariandyni [3]) Heracleae, alii [4]), quibuscum comparandi sunt ei, qui in medio, quod vocatur, aevo, sermone nostro „lijfeigenen" sive „onderhoorigen" appellabantur. Vulgo hi non sunt in possessione domini, sed saepius agri, quocum una veneunt. Inde dicuntur: „glaebae adscripti".

De hisce hominibus tamen hic non agimus, sed de servis proprie dictis, quamvis difficile nonnumquam sit discrimina semper ante oculos habere.

Apud Graecos usitatissimum vocabulum est δοῦλος [5]), apud Ro-

---

1) Cf. Gilbert, Handb. d. gr. Staatsalterthümer I, [^{2}1893], pp. 32—38.

2) Cf. Gilbert, o. l. II [^{1}1885], pp. 16 sq. Non erant servi publici, sicut Spartae, sed dominis serviebant, quibus tamen eos vendere non licebat. Interdum etiam δοῦλοι vocantur.

3) Cf. Gilbert, o. l. II, p. 191.

4) Cretae ἡ μνοία civitati serviebat, οἱ ἀφαμιῶται singulis dominis, cum quibus conferendi sunt Ϝοικέες, in lege Gortynia nominati, qui habebant suam rem familiarem, conubium cum feminis liberis, ius hereditarium subsidiarium (Gilbert, o. l. II pp. 219 sq.). De multis aliis eiusmodi hominibus cf. Gilbert o. l. II p. 292.

5) De huius vocis etymologia cf. G. Legerlotz, Etymologische Studien, δοῦλος und seine nähere und fernere Verwandtschaft [1882]; M. Lambertz, Zur Etymologie von δοῦλος in: Glotta VI, 1, pp. 1—18, qui putat esse: „kleinasiatisches Lehnwort mit der Bedeutung Haus > Hausbewohner > Sklave, zuerst ins Ionische und Kretische eingedrungen". (cf. B. Ph. W. [1914] col. 987); W. Prellwitz, E. W. [^{2}1905] confert: „got. taujan, machen, aisl. ags. tōl. Werkzeug. Also eigl. dōulo: dūlo — Arbeiter, Zimmerer?" E. Boisacq, Dict. étym. de la langue grecque [1916], i. v. δοῦλος idem putans vertit: „* travailleur"; cf. Additions et corrections p. 1106, ubi Boisacq opinionem suam et Brugmanni (I. F. XIX, 386 sqq. M. U. VI 365 sqq.) arbitrantis: dor. δῶλος < *dol *dōul n. „activité", a Kretschmero (Glotta V, 307 sq.) in dubio poni dicit; cf. Moulton-Milligan, The Vocabulary of the Greek Testament, illustrated from the Papyri, [1914 sqq.] i. v. δουλαγωγέω, δουλεία, δουλεύω, δοῦλος, δουλόω. Cf. Wackernagel, in: Glotta II pp. 6 sqq.; 130.

manos: servus [1]), quae vocabula indicant hominem expertem iuris, libertate carentem, pro re tractatum, in dominio alterius versantem, etsi interdum etiam sententia latiore „lijfeigenen" significant.

Alia verba sunt: ἀνδράποδον, quod vocabulum Prellwitz significare dicit: „der mit menschlichen Füssen versehene Teil des πρόβατον" [2]), Imprimis captivos significat [3]).

Vox, quae est σῶμα, interdum servos indicat [4]), interdum pro hominibus liberis quoque adhibetur [5]).

Vocabulum παῖς [6]), apud Romanos puer, familiariter benigneque dictum est. Quod ad ius Romani servum dicunt: mancipium, ut partem familiae: famulum.

Permulta alia vocabula inveniuntur, quae omnia enumerare necesse non habeo [7]). De nonnullis infra [8]) dicemus, ubi de verbis, in N. To. adhibitis, agimus.

Quot quoque tempore servi fuerint, quae ratio inter numerum servorum et numerum liberorum fuerit, utrum opera tum domestica cum rustica et negotia, quae quaestus causa exercebantur, a servis an a mercennariis liberis imprimis acta sint, quaeritur.

Una ex parte sunt, qui existiment servitutem permagni momenti apud antiquos semper fuisse, et quasi fundamentum, in quo tota societas civilis exstructa esset. In his numerandi sunt fere omnes, qui usque ad annum 1886 de his rebus scripserunt. Haec semper

---

1) Cf. Dig., L. 17, 32: „Servile caput nullum ius habet." Walde, Lat. Etym. Wörterb. [^{2}1910], i. v. putat vocem q. e. „servus" ductam esse a servare: „erhalten, unversehrt bewahren, erretten", et significare: „Hüter, Wächter (des Viehs)"". Cf. Wackernagel, o. l. p. 8.

2) Cf. Boisacq, o. l. i. v.: „formation nouvelle d'après τετρά-ποδα. Cf. Brugmann, Grdr. II 48; Wackernagel, K. Z. 30, 298." Moulton-Milligan, i. v.: „The word was never an ordinary word for slave: it was too brutally obvious a reminder of the principles which made quadruped and human chattels differ only in the number of their legs."

3) Cf. Thuc. VIII, 28: τὰ ἀνδράποδα πάντα, καὶ δοῦλα καὶ ἐλεύθερα. Xen. Hellen. I, 6, 15: τὰ ἀνδράποδα τὰ δοῦλα, i. e. captivi qui antea iam δοῦλοι erant.

4) Cf. Deissmann, L. v. O., $^{2\cdot 3}$ pp. 106, 243; B. St., p. 158.

5) Cf. Wilcken, Gr. Ostr. I p. 682, qui notat Pap. Petr. (II) IV, 2, ubi παιδάρια σώματα fortasse pueri liberi sunt, et o. l. p. 436, ubi Asklepiades quidam enumerat familiam, sc. uxorem, quattuor liberos, nutricem, octo agricolas (γεωργοὶ μισθωτοί), bubulcum, i. e., inquit, σώματα 15, ubi nos: 15 zielen; cf. o. l. p. 304; vide Xen. Hell. II, 1, 19 ἐλεύθερα σώματα.

6) Cf. Guiraud, La main d'oeuvre, p. 121.

7) B. Büchsenschütz, Bes. u. Erw., pp. 104 sq., 125, indicem plurimorum verborum exhibet.

8) Vide infra Cap. III, § 1, A.

communis opinio fuit et etiamnunc multi sunt, qui hoc sentiant [1]).

Quae tamen opiniones postremis annis variis modis refutatae sunt. Nunc a plurimis viris doctis vis servitutis non iam tanti aestimatur, quanti apud priores scriptores. Quae ut iudicia mutata sint, imprimis, ut supra [2]) ex parte indicavimus, effecit K. J. Beloch [3]), qui primus ingentes numeros, qui antea in descriptionibus servitutis legebantur, correxit, et in omnes optima via et ratione inquisivit. Quem secutus est Ed. Meyer, qui principia historiae oeconomiae antiquae duabus orationibus, supra laudatis [4]), dedit, in quibus etiam aggressus est eos, qui nimium attribuerint servituti. Opinatur iniuria multos putare societatem antiquam niti servitute. Deinde Ulr. Wilcken [5]) praesertim de numero servorum apud Aegyptios rectius iudicavit. Quos viros doctos multi alii secuti, in his quaestionibus explanandis versati sunt.

Si vero ea, quae de numero servorum in Graecia et in imperio Romano inquisita sunt, inter se conferimus, apparet, fontes antiquos pauciores et magis dubios esse, quam ut ex iis numerus accuratus alicuius temporis colligi possit. Hominum numeri, quos veteres scriptores tradiderunt, interdum accurati esse omnino non possunt [6]), atque praeterea in manuscriptis saepe confusi et depravati

---

1) Cf. Zahn, o. l. p. 117: „Was die arbeitende Bevölkerung unsrer Tage ist, das war in den wesentlichen Beziehungen das Sklaventum des Altertums. Die Sklavenfrage war die soziale Frage der alten Welt; und nichts hat so sehr zur Zerrüttung der antiken Gesellschaft beigetragen, als die mangelhafte Lösung dieser Frage." cf. A. Jerovšek, Die antikheidnische Sklaverei u. d. Christentum, [1903], p. 3; Schmoller, Ueber Wesen und Verfassung der grossen Unternehmungen (in: Zur Sozial- und Gewerbepolitik der Gegenwart. Reden und Aufsätze [1890] pp. 377 sqq.) putat servitutem eiusmodi fuisse, quae „die antike Welt von der Höhe ihrer Kultur herabstürzte." (Ex Ed. Meyer, Skl. A. p. 210). Similem in modum Mommsen R. G. III p. 478; Allard, o. l. p. 16; Steinmann, Skl. a. K. p. 7.

2) Cf. supra pp. 7 sq.

3) J. Beloch, Die Bevölkerung der griechisch-römischen Welt [1886].

4) Ed. Meyer, W. E. A. et Skl. A., cf. supra pp. 7, 20—22.

5) U. Wilcken, Gr. Ostr. pp. 687—704; cf. supra p. 8.

6) Ingentes numeri apud scriptores antiquos leguntur. Athenaeus (VI, p. 272 B. D.) tradit, Aeginae 470.000, Corinthi 460.000 servorum fuisse, nisus Aristotele et Timaeo. Ctesicle quodam auctore numerum servorum Athenis c. a. 310 a. C. n. 400.000 fuisse idem putat (VI, p. 272 B). Antea hi numeri accurati esse putabantur (cf. Gilbert, o. l. II [1883], p. 288; Bursian, Geogr. II pp. 13, 79; Büchsenschütz, o. l. pp. 140 sq.). Beloch tamen de his numeris ingentibus p. 86: „Es ist denn auch," inquit, „unter allen Urteilsfähigen nur eine Stimme über die absolute Unhaltbarkeit dieser von Athenaeos überlieferten Sklavenzahlen," id quod mihi quoque propius vero esse videtur. Cf. Gilbert, o. l. I [²1893], p. 188².

sunt. Etsi numeri hominum liberorum nonnumquam aliqua fide digni sunt [1]), numeri servorum, qui traditi sunt, plerumque prorsus incerti sunt, vel omnino falsi. Quamquam in universum numeri, quos Beloch posuit, a plerisque accipiuntur [2]), tamen fieri non potuit, quin saepe argumentis tenuibus niterentur, ita ut Beloch ipse saepe numeros aestimaverit [3]) et ut ab aliis hic illic postea corrigi potuerint [4]), id quod iam Beloch ipse exspectaverat [5]). Mirum igitur non est, nonnullos viros doctos eos prorsus neglegere [6]) et aliunde res afferre, quae ad numerum statuendum usui esse possint, in quibus nomino frumentum distributum et agros divisos. Paucis comprehendere mihi liceat, quae veri simillima esse putem.

I. De numero servorum ac de vi servitutis in Graecia [7]).

Cum Homeri poëtae temporibus in Graecia praesertim opera ab hominibus liberis fierent, servitus nondum multum valebat, etsi servi et imprimis ancillae iam erant, plerumque non empti, sed rapti aut bello capti [8]). Sunt qui putent, Herodotum [9]) et Timaeum [10]) mentionem facere de temporibus, quibus Graeci nondum servos haberent, sed hi loci spectant ad servos domesticos, qui empti essent. Primum Chii servos pecunia emptos fuisse tradunt, et inde post VII^um^ a. C. n. saeculum servitutem in ceteras regiones Graeciae divulgatam esse. Sed postea multae civitates erant,

---

1) Cf. de numeris hominum antiquorum opera infra in Appendice allata.

2) Cf. Th. Lenschau, in: Bursians Jahresber. 122 [XXXII, 1904] III, p. 289: „Seine Ergebnisse, die er im übrigen als Minimalzahlen betrachtet wissen will, haben allmählich allgemeine Anerkennung gefunden."

3) Cf. Beloch, B. Gr. R. W. p. VI: „Viel unsicherer sind die Schätzungen der Sklavenzahl, ... es mögen dabei Fehler bis zu 50 %, in einzelnen Fällen auch darüber, begangen sein."

4) Ut ab Ed. Meyer, (Wehrkraft e. q. s.) quod ad Atticam initio belli Peloponnesiaci; a Köhler, Beiträge z. Gesch. d. Pentakontaetie in: Hermes XXIV, [1889] p. 98 ann. 2, quod ad Boeotiam V[i] a. C. n. saeculi, quem denuo impugnavit Beloch, Die Sklavenzahl Böotiens (ibidem pp. 479 sq.). Cf. Chapot, o. l. p. 1271.

5) Beloch, B. Gr. B. W. p. VII: „Freilich, auch wer meine Resultaten im grossen und ganzen annimmt, wird im einzelnen Manches zu bessern und zu ergänzen finden."

6) Ut Ciccotti in: Dell' numero e. q. s.

7) Vide opera infra in Appendice allata.

8) Cf. Richard, De servis apud Homerum [1851]; Ed. Meyer, W. E. A. p. 101.

9) Her., VI, 137.

10) Tim., Fragm. 67 ap. Athenaeum VI p. 264 C.: *οὐκ ἦν πάτριον τοῖς Ἕλλησιν ὑπὸ ἀργυρωνήτων τὸ παλαιὸν διακονεῖσθαι.* Cf. G. F. Schoemann-J. H. Lipsius, Gr. Altertümer I, [^4 1897] p. 106.

ubi servi pauci vel nulli admodum adhiberentur (ut Arcadia, Achaia, Elis, Phocis [1]), Doris, Locris, Sporades Septentrionales, Aetolia, Acarnania, Amphilochia, Epirus, nonnullae Thessaliae et Macedoniae regiones) sed post IV^um^ a. C. n. saeculum hoc discrimen pedetentim sublatum est [2]. Servitus in Graecia V^o^ et IV° saeculis a. C. n. maxime viguisse videtur [3]. Hisce temporibus commercium et industria in rebus manu faciendis posita pro ratione temporum [4]) magnum obtinuerunt locum, in quibus ipsis servi permulti adhibebantur. Praesertim magnae urbes Miletus, Corinthus, Aegina, Chalcis, mercatura florebant.

Ut accuratius rationes demonstremus, aliquot numeros, qui verisimiles aestimentur, afferamus.

Anno 432 a. C. n. numerum incolarum totius Graeciae fere 3.051.000 fuisse Beloch iudicat, (exceptis Thracia et Illyria meridiana), e quibus 1.005.000 fere servos fuisse [5]), quem numerum tamen fortasse augendum esse [6]), etsi altera ex parte etiam „clientes" numerati sint. Servi id temporis circiter tertia pars hominum fuerunt.

Spartae servi proprie dicti non multi erant [7]), nam Helotes, qui magno numero inveniebantur [8]), etsi interdum servi nominabantur, re vera servi non erant.

In Attica numerus incolarum 235.000 erat, numerum servorum non multum 100.000 superasse, nunc a plerisque creditur [9]).

---

1) Timaeus (l. l. et p. 272) tradit Mnasonem Elateum amicum Aristotelis mille servos in Phocidem importavisse, id quod ab omnibus Phocensibus improbatum esset, cum eo modo victus civibus auferretur. cf. Beloch, B. G. R. W. pp. 175, 504; Ciccotti, U. Skl. A. pp. 235 sq.

2) Cf. tabulas manumissionum Delphicas, quae ex variis Graeciae regionibus servos enumerant.

3) Cf. Neurath, o. l. p. 79; Ciccotti, U. Skl. A. pp. 55—100; v. Dobschütz, H. R. E. [3]XVIII, p. 424.

4) Imprimis Francotte, o. l. ostendit, vim industriae quae dicitur, Graeciae permagni non esse aestimandam. Industriam, quae in magnis officinis magna operariorum multitudine exerceretur, nusquam fere inventam esse. Cf. Ciccotti, o. l. p. 78.

5) Beloch, B. G. R. W. p. 506; cf. tamen Chapot, i. v. „servi" in D. e. S. IV, 2 [1909], p. 1271.

6) Beloch, o. l. p. 506 ann. 2; cf. Guiraud, La main d'oeuvre p. 103.

7) Beloch, o. l. p. 146; Gilbert [2]I, p. 32.

8) Cf. Thuc. VIII, 40. Cf. supra p. 53.

9) Hume numerat 160.000, Letronne 100—120.000, Wallon 201.000. Beloch, o. l. pp. 87—99 cum Demetrii Phalerei temporibus 40.000 servorum adultorum fuerint, putat, circiter 100.000 servorum omnis aetatis fuisse. Idem iudicant Gilbert [2]I p. 188, Pöhlmann, Grundr. d. Gr. Gesch. [[3]1906] p. 257, ann. 2. Guiraud, La main d'oeuvre, p. 104, tamen putat multo plus quam 150.000 fuisse. cf. Guiraud, La prop. foncière p. 158; Ed. Meyer, W. E. A. p. 129 praeter 170.000

Thucydides quoque 20.000 servorum magnum numerum aestimat [1]).
Ad hos numeros alii addi possunt, quod tamen in hoc argumento opus non est. Si rationem habemus eorum, quae postremis annis de multitudine servorum Graeciae inquisita sunt, numerum universum numero hominum liberorum [2]) nisi in maximis urbibus, quarum incolae mercaturas facerent, superatum non esse, videmus.

Servi adhibebantur in ministeriis domesticis [3]), in industria, q.d., in commercio, in rebus publicis. In domibus Graecis numerus servorum numquam magnus erat, cum divitiae ingentes raro invenirentur. Industria magna non erat: 50 servi, quos unus dominus adhibebat, magnus numerus iudicabatur. Plurimi in metallis argenti montis Laurii, inveniebantur neque hi multo plures quam 5000 fuisse videntur [4]).

Praeter servos semper operarii liberi adhibebantur. Inde ab antiquissimis temporibus iuxta servos et una cum iis opera faciebant. Quin etiam V[o] et IV[o] saeculis, cum servitus maxime valeret, permulti operarii liberi ubique inveniebantur [5]). In agricultura opera liberorum multo latius patebant quam servorum.

Inde a IV[o] saeculo servitus iam sensim deminuebatur, fortasse non semper numero [6]), sed utique vi [7]). Multae causae erant, quae

---

hominum liberorum ad 100.000 servorum (fortasse aliquanto plures) fuisse arbitratur, et Francotte, o. l. p. 183: 75—150.000. Omnibus his rationibus probatur numerum non multum a 100.000 afuisse.

1) Thuc. VII, 27; cf. Beloch, o. l. p. 94; supra p. 55 ann. 6.

2) Cf. tamen Guiraud, La main d'oeuvre, p. 104, etsi affirmat, rem solvi non posse: „Au fond le problème est insoluble. On a cette impression générale, que les esclaves étaient bien plus nombreux en Grèce que les hommes libres, mais il est impossible de rien affirmer de plus." Similem in modum iam Wallon iudicavit, o. l. [2]I p. 282.

3) Schoemann-Lipsius o. l. [4]I, pp. 106 sq. opinatur: „Später gab es schwerlich einen Staat, in dem nicht auch der ärmere Bürger einen Sklaven oder eine Sklavin besessen hätte." Cf. Büchsenschütz, o. l. p. 106; v. Dobschütz, U. G. p. 267, qui contra Ed. Meyerum iudicat: „sich persönlich bedienen und von Dienerschaft begleiten zu lassen, gehörte zum Leben auch der Geringen." Thalheim i. v. δοῦλοι in P. W. R. E. V [1905] col. 1788: „Jedenfalls fehlte auch in einem ärmlichen Hause selten ein Sclave." Contra eos tamen Beloch, B. G. R. W. p. 92 commemorat, permultos homines liberos fuisse, qui servos acquirere non possent: „Wem das Triobolon ein Gegenstand von Wichtigkeit war, der hielt keinen Sklaven."

4) Cf. Beloch, o. l. p. 94.

5) Cf. Ciccotti, U. Skl. A. pp. 50 sq.

6) Beloch, o. l. p. 175 putat post II[um] a. C. n. saeculum servitutem numero auctam, numerum hominum liberorum deminutum esse. Vide tamen Schoemann-Lipsius, o. l. [4]I, p. 106 ann. 3, et praesertim Ciccotti, o. l. pp. 236—238.

7) Vide praesertim Ciccotti, o. l. pp. 82—109.

servitutem minus quaestuosam facerent. Beloch quidem scribit [1]: „Jeder Sklave, der nach Griechenland, nach Sizilien, nach Italien eingeführt wurde, musste den Nahrungsspielraum der freien Bevölkerung einengen. Und eine Concurrenz mit der billigen Sklavenarbeit war für den freien Arbeiter unmöglich. . . . Wir sehen denn auch, dass, so wie ein antiker Staat zur Sklavenwirthschaft übergeht, die Vermehrung der freien Bevölkerung zum Stillstand kommt . . . . Dass also ein Zusammenhang besteht zwischen der Vermehrung der Sklavenzahl und der Verminderung der freien Bevölkerung, wird nicht in Abrede zu stellen sein. Natürlich behaupte ich nicht, dass keine anderen Ursachen dabei mitgewirkt haben . . . .", sed tamen obliviscendum non est, servitutem florere non posse, si homines liberi facile acquiri possunt, opera enim servorum non semper minoris comparari quam liberorum, omnibus rebus computatis, quibus in servo alendo opus sit [2]. Atque etiam servi prius moriebantur quam homines liberi et mors ipsa servorum damno erat domino.

Multa deinde bella, cum civitatibus finitimis gesta, effecerunt, ut identidem servi amitterentur, aut certe semper periculum esset, ne raperentur vel ipsi effugerent. Cum sensim leges servitutem minus acerbam facerent, occisioni et vexationi servorum poenas statuentes, una ex causis evanuit, quae servitutem sustentarent [3].

Praeterea manumissiones servorum crebriores fiebant, quibus una ex parte plurimi servi in homines liberos commutati sunt, ita ut numerus servorum minueretur, quae tamen etiam documento sunt, laborem liberorum pluris fieri, cum minoris comparari posset. Manumissionibus crebris, ut quidam putant, numerum servorum, cum alii servi libertos subsequerentur, mutatum non esse, vix credi potest. Sed plerumque libertum coactum esse, ut per aliquot annos, nonnumquam usque ad mortem, apud dominum pristinum maneret, ita ut domino operario alio opus non esset, e tabulis manumissionum sescenties apparet. „Diese Umgestaltung", inquit Ciccotti [4], „schlosz die Verdrängung des Besitzverhältnisses durch ein Verhältnis persönlicher Verbindlichkeit ein und schuf eine neue ökonomisch-juristische Ordnung, die sich aus der Zersetzung der Sklavenökonomie vorbereitet hatte".

Aetate q.d. Hellenistica igitur servitus multo minoris erat momenti, quam antea fuerat [5]. Sed de his temporibus ex Graecia

[1] Beloch, o. l. pp. 504 sq.
[2] Cf. Chapot, o. l. p. 1272.
[3] Cf. Ciccotti, o. l. p. 86.
[4] O. l. p. 103.
[5] Etiam in metallis montis Laurii numerus servorum paulatim deminuebatur. Postremis decenniis II[i] a. C. n. saeculi non plus quam 1000 erant, (Diod. Sic. 34, 2, 18); cf. Ciccotti, U. Skl. A. p. 101.

ipsa non multa nota sunt, plura ex Aegypto, de quibus infra [1]) agemus.

II. De numero servorum ac de vi servitutis in imperio Romano.

Ut apud Graecos, ita apud Romanos numerorum, qui traditi sunt servorum, ratio haberi vix potest. Census [2]) quidem Romae, et inde a III° a. C. n. saeculo in provinciis quoque habebantur, quibus tamen servi neglegebantur, quippe qui partem rei familiaris efficerent. Nullam igitur ansam dant ad numerum liberorum et servorum definiendum.

Cum Roma urbs non esset officinis et mercatura nobilis, numerus servorum ibi magnus esse non solebat, licet nonnulli homines divites permultos servos habuerint, qui tamen non multi fuerunt, cum Philippo (tribuno a°. 104 a. C. n.) dicere licuerit [3]): „non esse in civitate duo milia hominum qui rem haberent". Ceterum quae ratio inter numerum hominum liberorum et servorum intercesserit, non novimus. Fortasse conferendum est Pergamum, ubi II° a. C. n. saeculo numerus servorum dimidius fuit hominum liberorum. Beloch [4]) computat anno 5 a. C. n. Romae civium capita 500.000, peregrinorum 60—70.000, servorum circiter 280.000 fuisse [5]). Hi numeri tamen ab aliis viris doctis augentur [6]) neque adhuc fieri potest ut numeri, qui fide digni sint, statuantur.

Inde a remotissimis temporibus tota Italia servitutem valuisse, verisimile est. Iam enim Leges XII Tabularum de servis egisse dicuntur [7]). Cum numerus servorum post bellum Punicum secundum auctus esset, secuti sunt tumultus serviles anno 198 a. C. n. in Latio, 196 in Etruria, 185 in Apulia [8]). Propter latifundia magis

---

[1]) Vide pp. 61—64.
[2]) Cf. Beloch, B. G. R. W. pp. 306—387.
[3]) Cic., de off. II, 21, 79; cf. Ciccotti, o. l. p. 142; J. J. Esser, De pauperum cura apud Romanos [1902], p. 45 ann. 1.
[4]) Beloch, o. l. p. 404.
[5]) Cf. etiam Beloch in: Conr. Jahrb. 68, [1897] pp. 332 sq.. Beloch plus quam 200.000 vel 300.000 servorum non fuisse putat. Cf. v. Dobschütz, U. G. p. 267.
[6]) Cf. L. Friedländer, Darst. a. d. Sittengesch. Roms [⁸1910] I p. 71. Seeck multo maiorem numerum incolarum: 1.800.000—2.000.000, et aliam rationem inter servos et liberos fuisse putat, numerum servorum magnopere augens. Mittendi omnino sunt Justus Lipsius et Isaac Vossius, qui putabant, Romae 14.000.000 homines habitavisse, quos ingentes numeros iam Böckh emendavit; cf. v. Dobschütz, U. G p. 266.
[7]) Cf. Ciccotti, o. l. pp. 113—116.
[8]) Cf. Mommsen, R. G, [10]I p. 859. Ciccotti, o. l. p. 134.

magisque amplificata, numerus servorum II° a. C. n. saeculo augebatur, attamen I° a. C. n. saeculo, cum universi incolae paeninsulae 4.000.000 essent [1]), numerum non superasse 2.000.000, Beloch putat.

Animadvertendum est, ut alibi, sic neque in Italia omnes operarios rusticos servos fuisse, sed permultos ex iis liberos fuisse. Nusquam tamen tot servos inventos esse, quot in Italia ipsa, Plinius affirmat [2]). Plurimi servi erant in Campania [3]), in agro Volscorum [4]), in Etruria [5]).

I° p. C. n. saeculo in Italia fere 7.000.000 incolarum, e quibus ad 2.500.000 servos fuisse Beloch putat, numerum enim servorum aliquantum auctum esse, omnibus rebus hisce temporibus prospere cedentibus [6]).

Opus non est hic de omnibus imperii Romani provinciis separatim agere. Solam Aegyptum excipio, non modo quia condiciones servorum in hac terra aliquanto accuratius cognosci possunt, id quod papyris debemus, sed etiam quod in hoc argumento magni interest Aegyptum multis ex partibus conferri posse cum Palaestina.

Supra [7]) vidimus ante dominationem Romanam in Aegypto servitutem fere numquam valde floruisse. Ptolemaeorum quoque temporibus in papyris raro de servis mentio fit. Saeculo III° a. C. n. Alexandriae servos fuisse, probatur Pap. Hal. 1, in qua leges leguntur de iure servili [8]): de servo homini libero minante [9]), de servo homini libero plagam inferente [10]), ne civis Alexandrinus civi Alexandrino servus sit [11]) Eiusdem temporis est altera lex urbis Aegyptiae a Graecis imprimis habitatae [12]) de iure servorum agens (Pap. Lille 29) [13]). Sed ne tum quidem ruri multi servi inveniebantur.

---

[1]) Cf. Beloch, o. l. p. 418.

[2]) Plinius, N. H. 37, 201: „ergo in toto orbe . . . principatum naturae optinet Italia . . . . viris, feminis, ducibus, militibus, servitiis, artium praestantia . . ."

[3]) Cf. Beloch, o l. p. 420: „es ist wahrscheinlich, dass die Sklavenbevölkerung hier verhältnismässig höher gewesen ist, als in den meisten übrigen Teilen Italiens."

[4]) Cf. Beloch, o. l. p. 422.

[5]) Cf. Beloch, o. l. pp. 415, 423 sq.

[6]) Cf. Chapot, o. l. p. 1273.

[7]) Supra pp. 26 sq.

[8]) Cf. Graeca Halensis, Dikaiomata, pp. 22 sq.

[9]) Pap. Hal. 1, ll. 188—192, cf. Dik. pp. 108 sq.

[10]) Pap. Hal. 1, ll. 196—202, cf. Dik. pp. 108—113.

[11]) Pap. Hal. 1. ll. 219—221, cf. Dik. pp. 122—124. Eiusmodi leges in Graecia quoque et Romae erant, cf. Dik. p. 123; infra pp. 68, 70.

[12]) Utrum Ptolemaïs [ut putat Schubart, Klio, X, 49,2] an Naucratis fuerit, dubium est, cf. Dik. pp. 36, 113.

[13]) [= Mitteis-Wilcken, Chrest. 369], cf. Wilcken in: A. P. V, p. 227.

Legimus[1]) enim: „dort [i. e. „in der χώρα"] [hat] die Sklaverei überhaupt keine Rolle gespielt . . ., weder in der Landwirtschaft noch in der Industrie, und . . . abgesehen von den ägyptischen Tempelsklaven (P. Tor. 8) [ist] nur Haussklaverei in den reicheren Familien nachweisbar . . .; denn dasz in der griechischen Welthandelsstadt Alexandrien für die Sklaverei ein ganz anderer Boden gegeben war als in der ägyptischen χώρα, liegt auf der Hand . . .".

Postea quoque Alexandriae tantum servorum maior numerus invenitur. 300 milibus incolarum liberorum, quae anno 60 a. C. n. ibi habitasse Diodorus tradit[2]) addenda esse fere 200.000 servorum Beloch arbitratur[3]). Alexandria[4]) enim florebat cum mercatura, tum magnis officinis, ubi homines omnia, quae luxuriae et usui cotidiano commodo erant, fabricabantur. Opera, quae manibus facienda erant, artes omnis generis hic magnum numerum opificum exigebant. Sed ne Alexandriae quidem operarii liberi deerant, in quibus Iudaei notissimi sunt[5]). Plurimum hac in urbe[6]) mentio fit eorum servorum, qui propter luxuriam in domibus hominum divitum inveniebantur, in quibus ei, qui domus regiae erant, primarium obtinebant locum. Regina Cleopatra ingentem multitudinem servorum habuisse videtur, qui post mortem eius Octaviano obvenerunt. Eos, qui nomini suo addiderunt Καίσαρος vel τοῦ Καίσαρος, libertos fuisse, ab his servis ortos, probat Schubart[7]), quamquam discrimen esse faciendum inter eos et libertos Caesaris a Strabone[8]) commemoratos, monet[9]).

Ceterum, Alexandria excepta, servitus ne his quidem temporibus in Aegypto late percrebruit[10]). Qui in papyris leguntur, fere omnes servi domestici erant, et comparandi sunt cum hominibus liberis

---

[1]) Dik., p. 164.
[2]) Diod. XVII, 52.
[3]) Beloch, o. l. pp. 259, 479. Hic quoque numerus per analogiam aestimatus est, ita ut fieri possit, ut verus numerus multo minor fuerit. Cf. Ciccotti, o. l. p. 106.
[4]) Cf. Ciccotti, o. l. pp. 104—109.
[5]) Cf. Friedländer, o. l. [8]IV, pp. 233 sq.; Ciccotti, o.l. p. 107; Th. Reinach, i. v. „Iudaei" in: D. e. S. III [1900], pp. 619—632; J. Juster, o. l. II, pp. 294—314.
[6]) Cf. Wilcken [in: Mitteis-Wilcken, o. l. I, 1, p. 260: „Am meisten Sklaven werden in Alexandrien tätig gewesen sein, worüber bisher in den Papyri nur einzelne Andeutungen vorliegen."
[7]) W. Schubart, Alexandrinische Urkunden aus der Zeit des Augustus, in A. P. V. [1913], pp. 41, 46.
[8]) Strabo, 79, 7.
[9]) O. l. p. 117. cf. infra p. 89.
[10]) Cf. Wilcken, Ostr. pp. 681 sqq. et Wilcken in: Mitteis-Wilcken, I, 1, pp. 27 sq.

domesticis hodiernis. Pro magnitudine domuum singuli, bini, quaterni inveniuntur, qui numeri raro superati sunt [1]). Ancillae, quarum mentio fit, pleraeque concubinae erant.

Et in agricultura et in industria q. d. imprimis homines liberi adhibebantur, quippe quorum opera saepe minoris comparari possent. Aegyptii enim paucis rebus et modico victu contenti erant [2]), ita ut servorum operibus opus non esset. Ne in praediis regiis et sacris quidem servi fuisse videntur. Γεωργοί eligebantur ex hominibus liberis, licet hic interdum servi fuerint [3]), qui numquam tamen magni fuerunt momenti.

Si numerum servorum cum numero operariorum liberorum conferimus, apparet illos paucissimos fuisse. Wilcken artificia eorum summatim perscripsit [4]), quam seriem Ciccotti perduxit [5]) (neuter tamen nihil omissum esse affirmat), e qua distincte colligitur servitutem non magni fuisse momenti. In Charta Borgiana 201 homines liberi enumerantur, 15 tantum servi. Inter servos, qui industriae q.d. et artificiis manu exercendis operam dabant, afferri possunt [6]) praeter servum, de quo Ostr. 235 mentio fit, textor [7]), textrix [8]), aerarius et piscator [9]). Hi paucissimi sunt, si conferimus longam seriem artificiorum, quae ab hominibus liberis exercebantur, quam primus Lumbroso [10]), post eum Wilcken [11]) composuit.

In industria quoque, quae in magnis officinis exercebatur, operaii

---

1) Pap. Lille 27 (III p. C. n. saec.) (= Mitteis-Wilcken, I, 2, 199) enumerat plus quam tredecim, cf. Wilcken, Ostr. p. 687; Wilcken in A. P. V. p. 227. In Charta Borgiana ex 18 domibus modice locupletibus sex sunt, quae servos habent, e quibus quattuor singulos.

2) Hoc Varro quoque (Rer. rust. 1, 17) animadverterat; Wilckenio servi in agricultura adhibiti noti non sunt, (Ostr. p. 698), cum παῖδες, quorum in libro oeconomico Hermupolis (Vespasiani temporibus) mentio fit, servi non sint, sed pueri asinarii vel saritores.

3) Wilcken, Ostr. p. 703; cf. Wilcken in: Mitteis-Wilcken, I, 1. p. 260.

4) Wilcken, Ostr. p. 682, et in: Mitteis-Wilcken, I, 1, p. 260.

5) Ciccotti (o. l. pp. 106 sq.) papyros perscrutatus est, quae usque ad annum 1906 inventae et editae sunt.

6) Wilcken, Ostr. p. 681.

7) Pap. Grenf. (II), 59 (anni 189 p. C. n.).

8) B. G. U. 617 (anni 216 p. C. n.).

9) Pap. Leipz. 11.

10) G. Lumbroso, Recherches sur l'économie politique de l'Égypte sous les Lagides [1870], pp. 104 sqq.

11) Wilcken, Ostr. pp. 688—695; cf. Wilcken in: Mitteis-Wilcken, I, 1, p. 260.

liberi adhibebantur [1]). Quin etiam in lautumiis ἐλεύθεροι λατόμοι inveniuntur [2]).

Deinde servi, qui templis addicuntur, commemorantur, neque hi tamen cuiusquam momenti erant [3]).

In universum igitur servitutem haud multum valuisse in Aegypto, recte concludit Ed. Meyer [4]): „Zu anderen Zeiten ist die Sklavenzahl offenbar in Aegypten wie im ganzen Orient im Altertum wie in der Neuzeit nie sehr grosz gewesen, schwerlich je gröszer als in unserm Jahrhundert vor Aufhebung der Sklaverei. Sie werden fast nur zu persönlichen Diensten gebraucht; Arbeitssklaven hat es immer nur in beschränkter Zahl gegeben, dafür stehen Hörige und freie Arbeiter in genügender Zahl zur Verfügung."

Quocum consentit Wilcken: „Wir sind somit zu dem Resultat gekommen, dasz weder in der Industrie noch in der Landwirtschaft die Sklaverei einen hervorragenden Factor dargestellt hat" [5]) et: „die Sklaven [haben] in diesem Lande gar keine Rolle gespielt . . . . Weder in der Landwirtschaft, noch in der Industrie, weder in den groszen noch in den kleinen Betrieben sind sie von irgendwelcher Bedeutung gegenüber der freien Arbeit gewesen" [6]).

Cuius rei quae praecipua causa fuerit, e Wilckenio audiamus: Das Land Aegypten mit seinen 7 Millionen war eben so reich in billigen, bedürfnislosen, freien Arbeitern, dasz hier das Bedürfnis nach Sklavenarbeit nicht vorlag. So bestätigt Aegypten die allgemeine Regel, dasz im Altertum intensivere Sklavenwirtschaft nur dort aufgekommen ist, wo die einheimischen Arbeitskräfte nicht ausreichten (cf. Ed. Meyer Skl. A. 1898)" [7]).

III. Conclusio.

Numerus servorum toto imperio Romano maximus erat I° a. C. n. saeculo [8]) neque tamen numerum hominum liberorum

---

1) Wilcken, Ostr. p. 696, qui exemplum affert ex Papyro, quae vocatur Revenue, ubi de fabricatione olei agitur.

2) Pap. Petr. (II) XIII, 1, cf. Wilcken, Ostr. p. 697.

3) Pap. Tur. 8, 12 et 17 (IIⁱ p. C. n. saec.), et B. G. U. 176 (tempp. Hadriani); supra p. 62.

4) Ed. Meyer, W. E. A. p. 96.

5) Wilcken, Ostr. p. 703.

6) Wilcken in: Mitteis-Wilcken, I, 1, p. 27. Cf. O. Neurath, Antike Wirtschaftsgesch. p. 10; W. Schubart, E. P. p. 416: „So kommt doch Sklavenarbeit für das ägyptische Gewerbe sonst nicht in Betracht, wir haben überall freie Lohnarbeit vorauszusetzen. . . . . Sklaven erscheinen in der Regel als häusliche Dienerschaft besonders der griechischen Kreise."

7) Wilcken, o. l. p. 28; cf. Ostr. p. 704.

8) Cf. Zahn, o. l. pp. 117 sq.

umquam superavit. Certe permultos servos interdum unus dominus habebat, sed obliviscendum non est, fontes quos habemus, in hac ipsa re lucem falsam saepe praebere, cum imprimis ea enarrent, quae modum excesserint. Homines vero tam divites perpauci fuerunt, plerumque in urbibus magnis habitantes; ei, qui tot servos domesticos alere poterant, numquam magnam incolarum partem effecerunt.

Neque in industria, neque in agricultura servi permagnum locum obtinuerunt [1]), cum etiam in magnis latifundiis operarii liberi invenirentur.

Et magnae partes imperii Romani erant, ubi servitus minimi erat momenti, ut in Aegypto, de quibus omnibus accuratius agere necesse non habebam.

Apparuit, etiam temporibus, quibus servitus plurimum valeret, opera hominum liberorum ubique non minus floruisse quam servorum, eos igitur errare, qui putent, ea opera fere ignota fuisse, et solos servos in operibus faciendis occupatos fuisse.

B. Quanti opera manuum a Graecis et Romanis aestimarentur.

Multi putant servitutem tantopere viguisse, quod Graeci et Romani antiqui opera, quae manibus fierent, contemnerent. Neque tamen in hac quaestione omnes viri docti idem sentiunt. Sunt qui existiment opus a Graecis et a Romanis semper contemptum esse, servos scilicet omnia, quae manibus facienda essent, elaboravisse, neque hominem liberum decuisse ullum negotium conficere.

Audias i. a. [2]) Jerovšek: „Der freie Bürger [i. e. apud Graecos]

---

[1]) Cf. H. Bolkestein, De colonatu Romano eiusque origine [1906], Cap. II, pp. 82—119 qui tamen hic imprimis de aetate imperatoria agit: „extat enim", inquit p. 82, „communis fere opinio per postremum saeculum liberae rei publicae atque prima saecula imperii, eo igitur tempore quo latifundia creverunt et floruerunt, agricolarum ordinem prorsus nullum fuisse". p. 103: „Invenimus igitur initio aetatis imperatoriae saepissime agricolarum mentionem fuisse atque eo modo, ut vix quisquam dubitare possit quin haud spernendam partem omnium civium effecerint." Cf. Ed. Meyer, W. E. A. p. 151: „In der Landwirtschaft, in der die Sklaverei auch in den schlimmsten Zeiten der untergehenden Republik niemals die Alleinherrschaft gewonnen hatte, wird der Ackersklave immer mehr durch freie Kolonen . . . . ersetzt." Idem fere Skl. A. p. 209.

[2]) Cf. Büchsenschütz, o. l. pp. 275—280; Marquardt, Privatalt. [1]II, pp. 374 sq., [2]pp. 401 sq.; Friedländer, o. l. I, [6]pp. 299; Burckhardt, Gr. Kulturgesch. I, p. 152; E. Rohde, Griech. Rom. p. 200; Zahn, o. l. p. 131; Singels, o. l. pp. 24 sq.; v. Dobschütz, U. G. p. 267; Kaerst, Gesch. des hell. Zeitalters, II, 1, pp. 186—191; Ciccotti,

verabscheute die Arbeit, er fand es unter seiner Würde, sich mit Dingen zu beschäftigen, die den Sklaven oblagen. Diese Auffassung der Arbeit verbreitete sich immer mehr und gieng auch in die Werke römischer Schriftsteller über .... Diese Geringschätzung, ja Verachtung der Arbeit war die Hauptursache, dasz die Sklaverei im Altertum sich immer mehr ausbreitete und an Härte zunahm .... Diese Verachtung der Arbeit war auch ein unüberwindbares Hindernis für die Abschaffung des Sklaventums, indem Freiheit und Arbeit als zwei unvereinbarliche und unverträgliche Dinge angesehen wurden" [1]).

Ab hoc opusculo alienum est universam quaestionem indagare. Sufficiat igitur enarrare, quae ad hanc opinionem reiciendam allata sint ab aliis. Ed. Meyer [2]) demonstravit, homines antiquos opera manuum non longe aliter aestimavisse atque hodiernos [3]), et post eum Guiraud [4]) et Francotte [5]) ostenderunt philosophos quidem nonnullos opera manuum parvi fecisse, nec tamen hanc opinionem fuisse communem [6]).

Guiraud: „Cette hostilité des philosophes," inquit [7]), „contre le travail industriel fut toujours vivace en Grèce; ..... mais ce préjugé ne pénétra profondément ni dans les moeurs ni dans les institutions. Le public, s'il connut ces belles théories, s'y montra réfractaire, et la classe inférieure n'en souffrit pas plus dans sa considération que dans ses intérêts. Elles n'empêchèrent ni les arts manuels de prospérer, ni les ouvriers de travailler, ni les patrons de s'enrichir. C'est tout au plus si elles fournirent aux aristocrates des arguments de plus à l'appui d'une opinion qui était traditionelle

---

o. l. p. 50; Esser, o. l. p. 46; Christ-Schmidt, Griech. Litt. Gesch. [6]I, p. 746: „Auch die hochmütige Geringschätzung der Arbeit, zumal der physischen, gehört zu den altgriechischen und überhaupt heidnischen Vorurteilen, die Aristoteles sanktioniert, wenn er das Ideal des *βίος θεωρητικός* und des *σχολάζειν καλῶς* aufstellt"; Grünberg, i. v. Sklaverei, in: Hwb. Staatsw. VII [[3]1911] pp. 527 sq.; Chapot, o. l. pp. 1268 sq.; J. Schrijnen, o. l. pp. 299 sq.

1) Jerovšek, o. l. p. 7.

2) Ed. Meyer, W. E. A. p. 125.

3) Cf. v. Dobschütz, U. G. p. 267: „Mag die griechische Verachtung der Arbeit, das Herumlungern des freien Proletariats im Gegensatz zu den arbeitenden Sklavenscharen auch oft übertrieben dargestellt worden sein, ganz lässt es sich nicht aus der Welt schaffen. Die Angleichung an die heutigen Verhältnisse ist bedenklich, so wertvoll die Vergleichung ist."

4) Capite 4° operis quod inscribitur „La main d'oeuvre, cett." pp. 37—50: „Opinions des Grecs sur le travail."

5) Capite 8° vol. I[i] operis cui titulus: „L'industrie dans la Grèce ancienne", pp. 234—261: „Les idées sur le travail et les travailleurs."

6) Cf. Chapot, o. l. p. 1269.

7) Guiraud, o. l. p. 49.

chez eux. Elles n'eurent d'autre effet que de créer à l'usage des gens distingués ou prétendus tels une sorte de snobisme qui fut en somme peu contagieux, et qui n'entama guère le gros de la population."

Idem fere Francotte opinatur [1]: „L'opinion savante va donc plus loin que l'opinion populaire dans le jugement qu'elle porte sur le travail industriel. L'opinion populaire entretient contre lui certaines préventions: l'opinion savante le condamne en bloc." Francotte industriam q. d. in Graecia numquam magni fuisse momenti probat [2]: „Qu'on prenne l'opinion savante ou l'opinion populaire, elles ne témoignent pas d'une société où le travail industriel a pris un grand développement. Elles sortent d'un milieu où l'agriculture est encore le fondement de la situation économique." Deinde ostendit, servitutem non fuisse unam ex causis, quae ut opus nonnullis contemptui esset, effecerint: „Les sociétés où fleurit l'esclavage," inquit [2], „ne sont pas nécessairement hostiles au travail manuel," sed multitudinem officiorum publicorum [3]) et caeli naturam, quae et hodie causa sit, cur in Graecia homines minus in opere faciendo occupati sint quam alibi [4]), hoc effecisse putat.

Haud aliter Romani [5]) opera manuum aestimabant, quorum opiniones fere eaedem erant atque Graecorum, quas hodie homines multi eorum ordinum, qui cultura et possessionibus excellere cupiunt, habent. Certe iis temporibus, quibus magnae divitiae in manibus singulorum coacervatae erant, hi homines ditissimi et ei, qui iis morem gerere cuperent, magnopere omnia opera manuum spernebant. Praeterea frumentationes et alimenta publica [6]) ad opera in vita cotidiana deminuenda attribuerunt, etsi obliviscendum non est haec alimenta fere numquam suppeditavisse ad vitam vel modicam sustentandam, quare opus manuum saepissime necessarium fuisse neque apud ipsos Romanos numerum hominum liberorum, qui eiusmodi operibus quaestum facere deberent, umquam parvum fuisse.

C. De servorum apud Graecos et apud Romanos condicione.

Deinde in hoc argumento opus est nonnulla dicere de servorum in imperio Romano condicione. De qua cum ab omnibus fere, qui

---

1) O. l. I, p. 252.
2) O. l. p. 257.
3) O. l. p. 256.
4) O. l. p. 259.
5) Cf. Neurath, o. l. pp. 100 sq., 137 sq.
6) Cf. J. J. Esser, De pauperum cura apud Romanos, pp. 129—173, 199—223.

de servitute egerunt, multis locis iam copiose actum sit [1]), necesse non habeo hic multa afferre.

Imprimis breviter commemorabimus, quae leges de servis praeceperint. Ut apud Iudaeos, ita apud Graecos Graeci raro servi fiebant [2]) in urbe, quam liberi antea incolebant. Athenis lex Solonis interdixit [3]), ne quis aere alieno oppressus, a creditore veniret. Gortynae tamen ἀγώγιμος fieri poterat [4]) et in aliis quoque civitatibus usque ad tempora Romana [5]). Etsi interdum totae urbes in servitutem redactae sunt [6]), numerus servorum Graecorum numquam magnus fuit, cum vulgo captivos inter se mutaverint. Hetaerae solae fortasse pleraeque Graecae erant, infantes expositae [7]).

Ut in universum post leges Solonis patri liberos vendere non licebat, ita Athenis id solum ei permissum erat, ut filiam, quae viro corpus prostituerat, venderet [8]). Thebis patres pauperes, magistratibus adiuvantibus, liberos suos vendere, legitimum erat [9]).

Servi igitur ab hominibus barbaris emebantur. Servorum nundinatio imprimis inveniebatur Chii, Ephesi, Mileti, Phocaeis, Rhodi, Deli, ubi cotidie milia servorum venibant. Athenis servi fere omnes barbari erant.

Qui apud Graecos re vera servi erant, venire, donari, legari, alteri mercede locari poterant. Verumtamen non omnino potestati et arbitrio domini subacti erant. Quod ad ius vitae necisque, Homeri aetate id domino fuisse, mihi videtur certum non esse. Iis locis [10]),

---

1) Vide opera infra in Appendice allata.

2) Cf. Beauchet, i. v. „servi" in D e. S. IV p. 1261; supra pp. 33, 61.

3) Arist., Ἀθ. πολ. 6; Plut., Sol. 15. Cf. Beauchet, Hist. du droit priv., II p. 414.

4) Leg. Gort., I, 55; II, 1 sq.; cf. Beauchet, l. l.

5) Diod. I 79.

6) Vide enumerationem apud Büchsenschütz, o. l. p. 111 (ut Plataeae (Thuc. III, 68) a. 427 a. C. n., Thebae (Diod. XVII 14), a. 335).

7) Cf. Demosth., in Neaer. 18.

8) Plut., Sol. 23. Beauchet, o. l. p. 413.

9) Ael., Var. Hist. 2, 7; cf. L. Schmidt, Die Ethik der alten Griechen [1882], II p. 207.

10) Ex locis, quos Büchsenschütz affert (o. l. p. 150), (δ 743, τ 483 sq., χ 465 sqq.) primus hyperbolice intellegi potest; τ 483 sq. et χ 465 Ulixes et Telemachus quidem servos et ancillas perfidos interemisse dicuntur, sed observandum est, eos pariter procos, homines liberos, necavisse. Beauchet, o. l. p. 397: „Si théoriquement, le maître a sur ses esclaves une autorité absolue et peut se faire justice par les coups ou même par la mort, en fait, cependant, les moeurs viennent corriger la rigueur du droit." Aeque Thalheim in P. W. R. E. i. v. δοῦλοι. Calderini, La manomissione e la condizione dei liberti in Grecia [1908] p. 4: „Pur ricordando l'imperio assoluto di vita o di morte che il padrone ha sullo schiavo, imperio del quale talora anche approfitta (Od. XVII, 189) osserveremo . . . . . . sqq." Quod quomodo ex Od. XVII, 189 erui

qui interdum afferuntur, mea quidem sententia, hoc non satis probatur. Postea utique in Attica dominus arbitrio vitae ac necis non utebatur [1], quin etiam ab eo, qui servum interfecisset, supplicium sumptum esse, verisimile est [2]. Iudices soli a servo supplicium sumere poterant[3]. Servus, qui a domino violatus erat, fugere poterat in asyla [4], interdum etiam dominus cogebatur, ut servum dimitteret (*πρᾶσιν αἰτεῖν*) [5], quamquam hoc fortasse legitimum non erat; contra eum, qui servum alienum violaverat, a domino *γραφὴ ὕβρεως* institui poterat [6], ita ut pecunia multari posset.

Servus igitur contra dominum non omnis curae legum expers erat, atque etiam in aliis rebus iura hominum liberorum ei attribuebantur. Testis adhiberi poterat in rebus capitalibus [7], in aliis iudiciis modo si interrogatus erat in tormentis, etsi obliviscendum non est de civibus quoque nonnumquam eo modo quaestionem habitam esse [8].

Servi iustum matrimonium (*γάμος*) inire non poterant [9], quin etiam lex Solonis iis interdixit, ne habitarent cum feminis [10]; neque familia, neque res familiaris, quas habent, legitimae sunt. Filii matrem sequuntur [11]. Pater filios quidem ancillae in libertatem asserere poterat, neque hi tamen iura civium accipiebant. Iure peculium [12] habere iis non licebat, cum omnia, quae servus haberet,

---

possit, non apparet, cum h. l. solum dicatur: *χαλεπαὶ δέ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί.*

1) Antiphon, de caede Her. 48; cf. Beauchet, o. l. p. 431, ann. 4 et i. v. „servi" D. e. S. p. 1263; Büchsenschütz, o. l. p. 147.

2) Cf. Schmidt, o. l. II p. 217; is qui servum interfecerat, a iudicibus, qui *ἐπὶ Παλλαδίῳ* erant, puniebatur eodem modo atque is, qui hominem liberum invitus necaverat; cf. Gilbert, o. l. I p. 427.

3) Cf. Gilbert, o. l. I p. 190.

4) Commemorantur Athenis: ara Athenae Poliadis, templa Thesei et Erinyum. Cf. Büchsenschütz, o. l. p. 152; Gilbert, o. l. I p. 190; Thalheim in: P. W. R. E. i. v. *δοῦλοι.*

5) Cf. Gilbert, o. l. I p. 190.

6) Cf. Beauchet, o. l. pp. 428—431; Meier—Schömann—Lipsius, Das Aff. Recht u. Rechtsverfahren, II [1908], pp. 421, 424, 426—428.

7) Quod tamen a nonnullis negatur; cf. Gilbert, o. l. I p. 189; Guiraud, La main d'oeuvre, p. 115.

8) Ut Mytileni (Ael. Var. Hist. 13, 2), olim Athenis, id quod postea nisi ex *βουλῆς* consulto fieri non poterat (Andoc. 1, 43); cf. Schmidt, o. l. p. 215.

9) Cf. Wallon, o. l. I p. 288; Guiraud, La main d'oeuvre, p. 112; Schmidt, o. l. II p. 211.

10) Plut. de am. 4, 11.

11) Plato, Legg. XI, p. 930 d; Arist. Pol. III, 3 p. 80; cf. Büchsenschütz, o. l. p. 125.

12) Cf. Guiraud, La main d'oeuvre, pp. 112 sq; Büchsenschütz, o. l. p. 163.

domini essent, sed re vera concedebatur. Ita e peculio diebus festis ea, quae opus erant, contribuebant [1]). Interdictum erat, ne fundos Athenis possiderent [2]).

Iam nonnullis ex rebus apparuit condiciones servorum saepe leniores fuisse quam legum praescripta. Etsi servis neque ἐκκλησίαν neque palaestram visere licebat, templa adire et dies festos agere poterant [3]), quin etiam ad mysteria Eleusinia, dummodo Graeci essent [4]), aditus iis patebat (neque ad cetera, ut ad Thesmophoria, sacrificia Phorbae Rhodi, Iunonis Coi). Aliquot diebus festis domini iis ministrabant: Hermaeis Cretensibus; Hyacinthiis Spartanis; ludis Athenis die primo Anthesteriorum et Dionysiis, Troezene, in Arcadia celebratis.

Servos pro parte familiae habitos esse, probant καταχύσματα, quibus novus servus, in familiam intrans, initiabatur [5]). Itaque dominos saepissime comes erga servos fuisse, inde a remotissimis temporibus multis locis apparet [6]), cuius rei exempla afferre opus non est. Cum plerumque numerus eorum apud singulos dominos parvus esset, condicio in universum bona erat, etsi consentaneum est etiam crudeles et rudes dominos fuisse, ita ut interdum aufugerent servi [7]). Raro de seditionibus servorum apud Graecos audimus [8]). Chii, ubi ampla mercatura servorum erat, servi gravissima sorte utebantur; ubi a. 412 a. C. n., fortasse III° saec. iterum, tumultum servorum fuisse traditum est [9]). In Attica c. a. 103 a. C. n. servi in metallis montis Laurii occupati seditionem fecerunt [10]).

Ut servorum in imperio Romano condicionem accuratius cognoscamus, iamnunc nonnulla de legibus Romanorum, quantum ad servitutem spectant, enucleabimus [11]).

Romae quoque lege solum civis Romanus in servitutem redigi poterat [12]), omnes enim servi sunt, qui capitis deminutionem maximam

---

[1]) Cf. Beauchet, o. l. p. 448.

[2]) Cf. Guiraud, La propr. fonc., p. 143.

[3]) Cf. Thalheim, l.l.; Büchsenschütz, o. l. p. 148; Chapot, o. l. p. 1271.

[4]) Cf. Büchsenschütz, o. l. p. 149; Beauchet, o. l, p. 424, i.v. „servi" in: D. e. S. p. 1263.

[5]) Cf. Büchenschütz, o. l. p. 160; Guiraud, o. l. p. 121; Schmidt, o. l. pp. 211, 467; Beauchet, H. d. d. p. pp. 394—397.

[6]) Cf. Guiraud, La main d'oeuvre, p. 121; Büchenschütz, o. l. p, 157; Beauchet, o. l. p, 397; Schmidt, o. l. II pp. 209—211.

[7]) Cf. Guiraud, La main d'oeuvre p. 117; Chapot, o. l. p. 1271.

[8]) Cf. Chapot, l.l.

[9]) Thuc. VIII, 40; cf. Büchsenschütz, o. l. p. 143.

[10]) Cf. Büchsenschütz, l.l.

[11]) Vide opera in Appendice allata.

[12]) Vide supra p. 68.

passi sunt. Inter eos inveniuntur cives, qui a patre venierant, et qui propter aes alienum addicti erant, quos trans Tiberim vendere licebat. Fures manifesti servi fiebant eorum, a quibus furati erant [1]).

Is, qui aere alieno oppressus erat, ut apud Israëlitas, fur habebatur, si per aes et libram ad solvendum se obligaverat. Post triginta dies manus ei inici poterat [2]). Si ne tum quidem solverat, nexus in servitutem redigebatur, nisi assertor vel vindex libertatis prohibuisset. Opera faciebat pro creditore servi loco, cui tamen eum vendere non licebat.

Addicti erant, qui a praetore creditori addicebantur. Nisi sexaginta diebus solverat, creditor eum trans Tiberim vendere aut interficere poterat. Si plures creditores erant, corpus secare iis licebat [3]). Quae praescripta durissima complures leges leniverunt, cum aliae, tum Lex Poetelia Papiria (a. 326 a. C. n.), quae statuit, ut pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esset. Usque ad annum 388 p. C. n. debitor creditori addici poterat.

Eiusmodi causis legitimis exceptis, civis Romanus servus fieri non poterat Romae. Servi, quibus utebantur Romani, fere omnes peregrini erant. Ubique in legibus apparet, servum una ex parte pro homine, altera pro re habitum esse. „Res corporalis" est. Quae condicio anceps [4]) saepe magnas difficultates praebebat, cum controversia esset iis, qui cuperent servum omnino pro re haberi, cum iis, qui variis de causis putarent servos eodem iure esse oportere atque homines liberos.

Primo tamen omnes leges, quae vitam servorum tutabantur, et quae vexari eos vetabant, leges erant de tutando dominio; quodammodo conferendae sunt cum legibus nostris, quae de animalium vexatione agunt.

Ancipitem servorum condicionem ex his rebus cognoscimus. Servus ut res, caput non habet. Attamen caput accipit, si manumittitur.

Pecuniam et rem familiarem acquirere non poterat, cum omnia quae possideret, domini essent. Moribus tamen Romanis, ut apud alias gentes, ei permittebatur, ut peculio [5]) suo frueretur, quamquam legitimum hoc non erat [6]).

---

1) Cf. Legg. XII Tabb. VIII, 14.

2) Cf. Legg. XII Tabb. III. Cf. Willems, Le droit public romain [7 1910] pp. 319 sq.

3) Cf. Legg. XII Tabb. III, 6: „Tertiis nundinis partis secanto. Si plus minusve secuerunt, se fraude esto." Quam legem tamen multi vv.dd. aliter intellegunt, vide Sohm, Instit. [13 1909], p. 57, Kübler, W. kl. Ph. [1904], p. 175, et contra: Lenel Z. S. R. G., 26, [1905] pp. 498 sqq. Cf. Kalb in Bursians Jahresber. 134 [1907] pp. 26 sq.; Mitteis, Röm. Privatrecht I, pp. 117 sq., 136 sq.

4) Cf. Ciccotti, o. l. p. 178.

5) O. l. pp. 161—164.

6) O. l. p. 170.

Usque in aetatem imperatoriam dominus in servos ius vitae ac necis habebat, et poenis servilibus eos afficere potuit, sive cruci vel arbori infelici eos affigens, sive aliis tormentis eos vexans. Alienum tamen servum vulnerare, iam Leges XII Tabularum vetuerant [1]. Dominus poenam sumere poterat, si servo ipsius noceretur.

Servi iura privata, quibus cives fruuntur, non habent.

Matrimonium servorum legitimum non erat, contubernium tantum iis concedebatur, quod tamen dominus dirumpere poterat.

Ut apud Graecos, servi in iudicio testantis sententia, nisi de eo tormentis quaesita est, non valet.

Mos severus, quo servorum tumultus Romani coercere conabantur, postulabat, ut si dominus domi suae necatus esset, omnes servi, qui in eodem aedificio essent, necarentur.

Praeter servos privatos publici erant, quorum condicio nonnullis ex partibus melior erat. Partim magistratibus serviebant, et in officiis publicis adhibebantur, partim in templis deorum ministrabant. Qui facilius peculium sibi comparare poterant, quin etiam testamento dimidium peculii legare iis licebat.

Servum non omnino pro re habitum esse, praeterea hac re probatur, quod servus manumissione civis fieri poterat. Quibus modis haec manumissio fieri potuerit, hic afferre opus non est. Liberti cives erant, etsi iura eorum deminuta erant.

De servorum in imperio Romano universa condicione difficilius est iuste atque vere iudicare quam de servis Graecis, Complura crudeliter in hos infelices facta commemorata sunt, quae fide non careant. Quod mirum non est, si mores Graecos cum Romanis conferimus. Romanus homo natura rudior erat quam Graecus. Atque ut antea, primis rei publicae saeculis, magnarum servorum copiarum dominus ipse moderator erat, ita exactores postea iis apponebantur, qui hac potestate non semper modice utebantur. At altera ex parte considerandum est, domino ipsi prodesse, si servos bene tractet, id quod Romanos, qui commodis suis servirent, non latebat.

Quaenam autem condicio servorum aestimanda est? Ea, quae, ut exemplo utar, Allard [2] in describenda sorte eorum scripsit, legentes, facere non possumus, quin putemus, condicionem eorum pessimam fuisse, quippe qui permulta exempla crudelitatis enumeret et illustret. Eiusdem sententiae antea plerique rerum scriptores erant. Sic legimus etiam apud Mommsen notissima illa et saepe laudata: „Das Meer von Jammer und Elend, das in diesem elendesten aller Proletariate sich vor unsern Augen auftut, mag ergründen, wer den Blick in solche Tiefen wagt; es ist leicht möglich, dass mit

1) O. l. p. 115.
2) Allard, Les escl. chr., Livre I: L'esclavage romain, pp. 1—145.

denen der römischen Sklavenwirtschaft verglichen, die Summe aller Negerleiden ein Tropfen ist" [1]). Sed haec ipsa si conferimus cum iis, quae antecedunt, apparet non agi de universis servis, sed de servis Siculis et de eorum tumultu (anno 135—132 a. C. n.). Negari non potest, interdum sortem servorum miserrimam fuisse, neque tamen obliviscendum est nonnumquam condicionem ingenuorum meliorem non fuisse, itaque non solum servos auctores fuisse eorum tumultuum, sed saepe etiam homines liberos inferioris condicionis [2]).

Cavendum tamen est, ne de his miseris condicionibus legentes putemus eas in tota historia antiqua usitatas esse et considerandum est ea ipsa imprimis narrata esse, quae vitae cotidianae repugnarent.

Apud Graecos in universum condicionem servorum bonam fuisse, ab omnibus conceditur. Gilbert [3]) iudicat: „Ueberhaupt scheint die Behandlung der Sklaven von Seiten ihrer Herren im allgemeinen eine übermässig harte nicht gewesen zu sein" et Mommsen [4]): „In keinem Lande der antiken Welt sind die Sclaven mit solcher Humanität behandelt worden wie in Hellas; nicht das Recht, aber die Sitte verbot dem Griechen seine Sclaven an einen nicht griechischen Herrn zu verkaufen und verbannte somit aus dieser Landschaft den eigentlichen Sclavenhandel . . . . Die Milderungen der Sclaverei durch das Kaiserrecht gehen wesentlich zurück auf den Einfluss der griechischen Anschauungen zum Beispiel bei Kaiser Marcus, der zu jenem nikopolitanischen Sclaven [i. e. Epiktetos] wie zu seinem Meister und Muster emporsah".

Neque igitur in universo imperio Romano, neque omnibus temporibus servi male tractabantur. De seditionibus servorum, quae nisi in latifundiis magnis fere non movebantur, posterioribus saeculis mentio non iam fit.

Facimus cum iis, qui putant, hac in re priores scriptores saepe modum excessisse, quamquam altera ex parte ea, quae i. a. Jentsch [5]) de servis enarrat, praesertim a poetis petita, consideranda esse mihi videntur.

Praecipue Ed. Meyer hac quoque in re rectius iudicavit et pristina iudicia emendavit [6]).

---

1) Mommsen, R. G. [9]II, p. 77.
2) O. l. p. 78.
3) Gilbert, o. l. II, p. 289.
4) Mommsen, R. G. [5]V, p. 250.
5) Jentsch, o. l.; de quo cf. Steinmann, Skl. a. K. pp. 18—21.
6) Cf. Ed. Meyer, W. E. A. p. 88: „Nicht nur die populäre Anschauung hat sich . . . . aus den Anekdoten von der Sittenlosigkeit der Kaiserzeit, von den Sklavenscharen der römischen Groszen ein Phantasiebild entworfen, das je nach Bedürfnis bald als das höchste Ideal, als Vorbild für das korrupte politische Leben der Gegenwart

Iam commodi sui cura domini plerumque admonebantur, ne in servos severiores essent. Imprimis igitur in magnis servorum copiis, quae sive in latifundiis, sive in domibus hominum ditissimorum adhibebantur, de vexationibus et asperitate legimus. Eiusmodi enim domini nec curabant damnum, quod mors vel laceratio servi adduceret neque in aliis rebus sua non profundebant. Qui tamen excipiendi sunt [1]).

Denique audias Chapot [2]): „La situation de fait de l'esclave", inquit, „devait varier infinement suivant sa tâche, son savoir-faire et le caractère du maître; les témoignages contradictoires se heurtent dans nos sources, il faut se garder de confondre avec l'image de la réalité les conseils que donnent les théoriciens en la matière, Caton, Varron et Columelle. Les scènes de théâtre nous montrent des jeunes gens ou des vieillards que les passions asservissent à leurs valets, mais ces derniers y apparaissent aussi roués de coups".

---

gepriesen, bald als völlig entsittlicht nicht schwarz genug gemalt werden kann und dann eine bequeme Folie für das Christentum bildet. Auch in wissenschaftlichen Kreisen sind derartige Vorstellungen weit verbreitet; man trifft sie nicht nur bei Nationalökonomen, sondern auch bei Historikern."

1) Cf. Ciccotti, o. l. p, 187.

2) Chapot, o. l. p. 1277.

CAPUT TERTIUM.

QUAE RATIONES INTERCESSERINT INTER CHRISTIANITATEM ANTIQUISSIMAM ET SERVITUTEM.

§ 1. QUAE DE SERVITUTE NOVUM TESTAMENTUM DOCEAT ET IUDICET.

A. Quibus verbis in N. To. servi indicentur.

In Novo Testamento [1]) haec vocabula leguntur ad servos et servitutem pertinentia:

1um. δοῦλος, (δούλη, σύνδουλος, δουλεία, δουλεύειν, δουλοῦν, καταδουλοῦν, δουλαγωγεῖν, ὀφθαλμοδουλεία).
2um. οἰκέτης, (οἰκετεία, οἰκιακός).
3um. παῖς, (παιδίσκη, παιδάριον).
4um. ἀνδραποδιστής.
5um. σῶμα.
Deinde conferendae sunt voces, quae sunt:
6um. διάκονος, (διακονεῖν, διακονία).
7um. ὑπηρέτης, (ὑπηρετεῖν).
8um. θεράπων, (θεραπεία, θεραπεύω).
9um. λειτουργός, (λειτουργεῖν, λειτουργία, λειτουργικός).
10um. λατρεύειν, (λατρεία).

Ad 1um. Inter haec vocabula id, quod est δοῦλος [2]), imprimis significat hominem servilis condicionis, totum subiectum alieno arbitrio, qui non est sui iuris, qui est in manu aliena, servum igitur proprie dictum [3]).

---

1) Locos N. Ti. affero secundum editionem, quam curavit E. Nestle, Novum Testamentum Graece et Latine [^{3}1910].
2) Vide supra p. 53.
3) Cf. Xen. Cyr. VIII, 1[4]: οἱ μὲν δοῦλοι ἄκοντες τοῖς δεσπόταις ὑπηρετοῦσιν.

Itaque haec vox adhibetur, si sermo est de veris servis [1], deinde si opponitur vocabulis, q. s. ἐλεύθερος [2], ἀπελεύθερος [3]. Aliis locis, ubi opposita sunt verba q. s. κύριος [4], δεσπότης [5], οἰκοδεσπότης [6], υἱός [7], ἀδελφός [8], κληρονόμος [9], φίλος [10], πρῶτος [11], non est, cur putemus, de liberis hominibus agi. Aliter res se habet, si opponitur vocabulo, q. e. βασιλεύς [12]. Apud antiquos enim saepe homines, regis imperio subiecti, et ministri eius liberi δοῦλοι vocantur, sed his N. Ti. locis servus esse intellegendus videtur, non minister liber regis [13].

Saepissime vocem, q. e. δοῦλος, sequuntur genetivi possessivi: δοῦλος τοῦ ἀρχιερέως [14], ἑκατοντάρχου [15], ἀνθρώπων [16], qui imprimis adhibentur, si Deus vel Iesus Christus possessor est. Invenimus δοῦλος θεοῦ [17], τοῦ θεοῦ [18], κυρίου [19], Ἰησοῦ Χριστοῦ [20], Χριστοῦ Ἰησοῦ [21], Χριστοῦ [22], θεοῦ καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ [23], praeterea complures locos, ubi pronomine possessivo vel alio modo Deus [24] vel Christus [25] significatur. Eadem sententia verbum q. e. δουλεύειν usurpatur [26].

Quae locutiones [27] inveniri non videntur nisi in Vetere et in Novo Testamentis et in scriptis, quae ex iis aliquid laudant, aut quorum auctores sermone biblico utuntur. Graeci homines, nisi Christiani essent, nunquam, quantum scimus, dixerunt hominem esse δοῦλον θεοῦ [28]. Apud Euripidem quidem Io dicit [29]: τοῦ θεοῦ καλοῦμαι

---

1) Vide infra p. 82.

2) Rom. 6^{20}; I Cor. 7^{21}, 12^{13}; Gal. 3^{28}; Eph. 6^{8}; Col. 3^{11}; Apoc. 6^{15}; 13^{16}, 19^{18}. *Δουλεία* opp. *ἐλευθερία* Gal. 5^{1}.

3) I Cor. 7^{22}.

4) Mt. 10$^{24.25}$, 13^{27}, 18$^{27.32}$, 24$^{45.46.49.50}$; Lc. 12$^{37.43.46}$, 14$^{21.22.23}$; Io. 13^{16}, 15$^{15.20}$; Eph. 6^{5}; Col. 3^{22}, 4^{1}. *Σύνδουλος* Mt. 18$^{28.29.31.33}$, 24^{49}. *Δουλεύω κυρίῳ* Mt. 6^{24}, *κυρίοις* Lc. 16^{13}.

5) I Tim 6^{1}; Tit. 2^{9}; Lc. 2^{29} (*δεσπότης* Deum significat). *Δουλεύω* I Tim. 6^{2}.

6) Mt. 13^{27}; Lc. 14^{21}.

7) Io. 8^{35}; Gal. 4^{7}; (*πνεῦμα δουλείας* opp. *πνεῦμα υἱοθεσίας* Rom. 8^{15}).

8) Philem. ^{16}.

9) Gal. 4$^{1.7}$.

10) Io. 15^{15}.

11) Mc. 10^{44}.

12) Mt. 18$^{23-35 \text{passim}}$.

13) Vide infra p. 105.

14) Mt. 26^{51} (= Mc. 14^{47}; Lc. 22^{50}; Io. 18^{10}); Io. 18^{26}.

15) Lc. 7^{2}.

16) I Cor. 7^{23}; cf. Eph. 6^{7}.

17) Tit. 1^{1}; I Pet. 2^{16}.

18) Act. 16^{17}; Apoc. 7^{13}, 15^{3}.

19) II Tim. 2^{24}; *ἡ δούλη κυρίου* Lc. 1^{38}; cf. Act. 4^{29}.

20) II Pet. 1^{1}; Iud. 1^{1}.

21) Rom. 1^{1}; Phil. 1^{1}; Col. 4^{12}.

22) I Cor. 7^{22}; Gal. 1^{10}; Eph. 6^{6}.

23) Iac. 1^{1}.

24) Lc. 2^{29}; Act. 2^{18}; Apoc. 1^{1}(bis), 10^{7}, 11^{18}, 19$^{2.5}$, 22$^{3.6}$; *δούλη* Lc. 1^{48}.

25) Apoc. 2^{20}.

26) Rom. 7^{6}.

27) Cf. Cremer, Bibl.-Theol. Wörterb. der Neutest. Gräc. [^{10}1913], i. v. *δοῦλος*; J. M. S. Baljon, Gr. Theol. Woordenb. [^{2}1908], i. v. *δοῦλος*.

28) Conferendi tamen sunt loci, ubi Plato laudat [Pythagoreos] dicere homines *ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι* (Phaed. 62 C, D, ubi Wohlrab [^{4}1908] annotat: „In diesem Zusammenhange wird an Sklaven zu denken sein", et confert Legg. X, 902 B, 906 A). Cf. A. Deissmann, L. v. O. $^{2.3}$pp. 236, 275.

29) Eurip. Io, 309, cf. 327.

δοῦλος εἰμί τ', ὦ γύναι, sed hic Io in templo dei serva est, ἱερόδουλος, qui apud Graecos multi inveniuntur [1]). In V. To. autem Moses, Prophetae, alii, appellantur עַבְדֵי יְהֹוָה, quae locutio in interpretatione LXX virorum Graece saepe [2]) reddita est verbis q. s. δοῦλοι θεοῦ [3]), quem usum N. T. retinet. Hic praeter Mosen [4]) et Prophetas [5]) non solum Apostoli [6]) δοῦλοι vocantur, sed omnes, qui Deo parent [7]); deinde Angeli quoque ita appellantur [8]). Paulus nisi uno loco [9]) verbum q. e. δοῦλος non coniungit cum θεοῦ, sed plerumque cum Χριστοῦ. Omnibus his locis non indicatur, ut apud Euripidem, homo, qui est eiusmodi servus Dei vel Christi, ut in templo vel alio loco Deo servire cogatur, sed ea locutione homo intellegendus est, qui, spreta sua voluntate, ex animi gratia Deo se tradit, totum voluntati Dei se submittit. Eodem modo Deus vel Christus κύριος hominum vocatur [10]).

---

1) Vide supra pp. 48, 72. cf. Moulton-Milligan, o. l. i. v. δουλεύω. Hepding, i. v. Hieroduloi in: P. W. R. E. col. 1467 commemorat ἱεροδούλους interdum homines liberos fuisse.

2) Cf. Thackeray, A Grammar of the old Test. in Greek, I [1901] pp. 7 sq.: „We cannot fail to note in the LXX renderings a growing tendency to emphasize the distance between God and man. Θεράπων „the confidential attendant" is replaced by οἰκέτης (which may include all members of the household and therefore implies close intimacy), then by the more colourless but still familiar παῖς, finally by δοῦλος, the „bondservant" without a will of his own." Cf. Moulton-Milligan, o. l. i. v. δοῦλος. Deinde in interpretatione LXX virorum ratio habenda est eorum, quae Deissmann (B. St. p. 68, cf. pp. 70, 120) scripsit: „in gewissen Fallen entspricht das gewählte griechische Wort durchaus nicht der hebräischen Vorlage, und es wäre ein schwerer Irrtum, wollte man überall annehmen, die LXX hätten dieses oder jenes Wort im Sinne des betreffenden hebr. gebraucht. Sehr oft haben die LXX die Vorlage nicht übersetzt, sondern ersetzt . . ."

3) Moses: Ios. 14^7; Iosua: Ios. 24^{29}; David: II Reg. 3^{18}, 7^5; Prophetae: Am. 3^7; Zach. 1^6; Ier. 7^{25}, 25^4.

4) Apoc. 15^3. 5) Apoc. 10^7, 11^{18}.

6) Act. 4^{29}, 16^{17}; Rom. 1^{11}; alibi. Etiam σύνδουλος legitur Col. 1^7.

7) Lc. 2^{29}; Eph. 6^6, alibi; σύνδουλος Apoc. 6^{11}.

8) Apoc 19^{10}, 22^9. 9) Tit. 1^1.

10) Cf. i. a. Winer, De sensu vocum κύριος et ὁ κύριος in Actis et Epistulis Apostolorum [1828]; W. Scheffer, De vocis absolutae κύριος in N. T. usu [1856]; S. Herner, [Die Anwendung des Wortes κύριος im N. T.] in: Lunds Universiteit Arsskrift XXXVIII, 1, 4 [1903] (lingua Suecica) (rec. A. Deissmann in: D. L. Z. [1906] coll. 588 sq.); H. Böhlig, Zum Begriff Kyrios bei Paulus in: Z. N. W. [1913] pp. 23—28. A. Deissmann, N. B. St. p. 46, L. v. O. passim (vide indicem i. v. κύριος); R. H. Woltjer, W. G. W. M. pp. 49 sq.; praeterea W. Bousset, Kyrios Christos [1913], et multa opera, quibus hoc opus defenditur aut impugnatur.

Cum substantivis, q.d. abstractis, coniungitur: δοῦλος τῆς ἁμαρτίας [1], τῆς φθορᾶς [2], δουλεία τῆς φθορᾶς [3]. Sermo est de δουλείᾳ, cui obnoxii sunt ei, qui mortem timent [4], de duobus testamentis, e quibus una διαθήκη in monte Sina data erat εἰς δουλείαν γεννῶσα [5]. Substantivum, q.e. ὀφθαλμοδουλεία, duobus tantum locis [6] legitur de iis, qui solum domino praesente atque intuente faciunt, quae iis mandata sunt.

Eadem sententia atque substantiva verba, quae sunt ducta ab eadem stirpe, usurpantur. Δουλεύειν dicitur filius, qui patri servit [7], et Iudaei Iesu respondent: οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε [8]. Iungitur cum voce, q.e. ἔθνος: τὸ ἔθνος ᾧ ἐὰν δουλεύσουσιν κρινῶ ἐγώ [9], quibus verbis antecedunt haec: καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια [10]. Cum locutione, q.e. δοῦλος θεοῦ et similibus conferendum est δουλεύειν θεῷ [11], δουλεύειν θεῷ καὶ μαμωνᾷ [12], δουλεύειν τοῖς φύσει μὴ οὖσιν θεοῖς [13], πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς . . . . δουλεύειν θέλετε [14], δουλεύειν τῷ (κυρίῳ ἡμῶν) Χριστῷ [15]. Ut quis dicitur δοῦλος τῆς ἁμαρτίας, sic etiam invenimus δουλεύειν τῇ ἁμαρτίᾳ [16], δουλεύειν ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις [17], οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας [18], δουλεύω νόμῳ θεοῦ, νόμῳ ἁμαρτίας [19], ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ [20]. Ut δοῦλοι πάντων commemorantur, ita Paulus dicit: πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα [21], et de Timotheo: ὡς πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ εὐαγγέλιον [22].

Adiectivum q. e. δοῦλος nisi Rom. 6^{19} non invenitur: τὰ μέλη δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ, et δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ. Proprie adhibetur verbum δουλαγωγεῖν: . . . . ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ [23], i. e. ut servum trado, in servitutem redigo.

Ad 2um. Ut δοῦλος, ita οἰκέτης, quod vocabulum ipsum homines quoque liberos, qui in domo sunt, comprehendit, a LXX viris scriptum est pro Hebraico עֶבֶד [24]. Saepe in N. To. eodem sensu quo δοῦλος legitur, ut Lc. 16^{13}: οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις

1) Io 8^{34}; Rom. $6^{17.20}$.
2) II Pet. 2^{19}.
3) Rom. 8^{21}.
4) Hebr. 2^{15}.
5) Gal. 4^{24}.
6) Eph. 6^{6}; Col. 3^{22}.
7) Lc. 15^{29}; cf. Phil. 2^{22}; I Cor. 7^{15} (δεδούλωται, sc. marito aut uxori).
8) Io. 8^{33}.
9) Act. 7^{7}.
10) Cf. II Petr. 2^{19}; II Cor. 11^{20}; Gal. 2^{3}.
11) I Thess. 1^{9}; Rom. 6^{22}; cf. δουλεύειν τῷ κυρίῳ Act. 20^{19}; Rom. 12^{11}; Eph. 6^{7}.
12) Mt. 6^{24}; Lc. 16^{13}.
13) Gal. 4^{8}.
14) Gal. 4^{9}; cf. Gal. 4^{3} (δεδουλωμένοι ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου).
15) Rom. 14^{18}, 16^{18}; Col. 3^{24}.
16) Rom. 6^{6}.
17) Tit. 3^{3}.
18) Tit. 2^{3}.
19) Rom. 7^{25}; cf. Gal. 4^{25}.
20) Rom. 6^{18}.
21) I Cor. 9^{19}.
22) Phil. 2^{22}.
23) I Cor. 9^{27}.
24) Vide supra p. 77 ann. 2.

δουλεύειν, I Pet. 2^{18}: οἱ οἰκέται ὑποτασσόμενοι τοῖς δεσπόταις, Rom. 14^{4}: σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει. Act. 10^{7} Cornelius vocat δύο τῶν οἰκετῶν καὶ στρατιώτην, qui οἰκέται fortasse servi fuerunt.

Collectivum est οἰκετεία, quod vocabulum Mt. 24^{45} tantum invenimus: τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος [1]) καὶ φρόνιμος ὃν κατέστησεν ὁ κύριος ἐπὶ τῆς οἰκετείας αὐτοῦ τοῦ δοῦναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ; ubi familiam servorum significat.

Vox, q. e. οἰκιακός indicat eos, qui in eadem domo habitant [2]), non solum ergo servos, sed etiam liberos. Item οἰκεῖος [3]), interdum οἰκία [4]) et οἶκος [5]).

Ad 3um. Vocabulum q. e. παῖς (παιδίσκη), quod saepissime usurpatur apud scriptores Graecos, in N. To. quoque exstat. Commemoratur παῖς centurionis [6]), qui a Matthaeo ubique παῖς, a Luca semel παῖς, semel δοῦλος nominatur [7]). Lc. 12^{45} δοῦλος pluris aestimari videtur quam παῖδες et παιδίσκαι, quoniam ab eo hi castigantur. Παῖδες, de quibus Mt. 14^{2} mentio fit, ministri regis sunt.

LXX viri cum δοῦλον θεοῦ vel κυρίου, tum παῖδα θεοῦ scripserunt, ubi V. T. habet עֶבֶד יְהוָֹה [8]). Haec locutio in N. To. quoque Israël et David indicat [9]), alibi tamen ad Christum spectat [10]), qui loci omnes fere ex interpretatione LXX assumpti sunt.

Παιδίσκη, quod vocabulum apud antiquiores cum puellam liberam tum ancillam indicat, in N. To. sententia posteriore tantum invenitur [11]).

Ad 4um. Vocabulum, q. e. ἀνδράποδον, cuius vocis semper quodammodo odiosa vis est [12]), in N. To. non invenitur. Commemorantur tamen ἀνδραποδισταί (I Tim. 1^{10}).

Ad 5um. Σῶμα, quod olim personas significare poterat, ita ut

---

1) Lc. 12^{42}: οἰκόνομος.

2) Mt. 10^{25} (opp. οἰκοδεσπότης); Mt. 10^{36}.

3) I Tim. 5^{8}; Eph. 2^{19} οἰκεῖοι τοῦ θεοῦ; Gal. 6^{10} οἰκεῖος τῆς πίστεως, ubi vis latius patet.

4) Phil. 4^{22}; Mt. 12^{15}; Io. 4^{53}; I Cor. 16^{15}; alibi.

5) Lc. 10^{5}; alibi.

6) Mt. $8^{6.8.13}$ = Lc. 7^{7}.

7) Cf. etiam Lc. 15^{26}.

8) Is. 20^{3}, 22^{20}; alibi.

9) Lc. 1^{54} (de Israël), 1^{69}; Act. 4^{25} (de David).

10) Mt. 12^{18} (cf. Is. 42^{1}); Act. $3^{13.26}$, $4^{27.30}$.

11) Lc. 12^{45}; Act. 16^{16}. Opp. ἐλευθέρα Gal. $4^{22.23.30\ 31}$; Mt. 26^{69} (= Mc. $14^{66.69}$; Lc. 22^{56}); Act. 12^{13}; Io. 18^{17}.

12) Vide supra p. 54.

ἐλεύθερα σώματα [1] et σώματα οἰκετικά vel δοῦλα [2] legantur, postea praecipue ipsum servum indicat [3]. Ita non solum in V. To. [4], sed etiam semel in N. To. legitur: καὶ ἵππων καὶ ῥεδῶν καὶ σωμάτων καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων (Apoc. 18^{13}).

Ad 6um. Iam sequuntur nonnulla vocabula, quae ipsa servos non indicant, quae tamen interdum adhibentur, ubi de servis sermo est. Vocis, q. e. διάκονος [5], significatio difficilius definitur. Hodie denuo componitur cum verbis, q. s. ἐγκονέω et κόνις; in universum indicat ministrum, praecipue ministrum, qui cibum et potionem ad mensam affert. Ubi in V. To. עֶבֶד legitur, LXX nusquam vocem, q. e. διάκονος usurpaverunt [6]. Item διακονεῖν servi quidem dicuntur [7], sed etiam homines liberi [8], et διακονία universe ministerium significat [9]. Nonnullis locis N. Ti. discrimen inter διάκονον et δοῦλον magnum non est [10], plerumque tamen διάκονοι ministri liberi sunt [11], ut regis [12], neque in locutionibus, q. s. διάκονοι τοῦ θεοῦ [13], τοῦ Χριστοῦ [14], διάκονος ἐν κυρίῳ [15] de veris servis cogitandum est.

---

1) Xen., Hell. II, 1^{19}.

2) Aeschin., 3, 19; Poll. 3, 78.

3) Plutarchus, Eum. 8: τετραπυργίας σωμάτων καὶ βοσκημάτων γεμούσας; alibi. In papyris aetatis Ptolemaeorum saepe invenitur, cf. Pap. Hib. I, 54^{20} (c.a. 245 a. C. n.); Pap. Flind. Petr. II, 39. Pap. Oxy. 37 (anni 49 p. C. n.): ἀρρενικὸν σωμάτιον, quod Pesuris quidam servum sibi adoptat; Pap. Rev. 18, 13; cf. A. Deissmann, B. St. p. 158, L. v. O. $^{2.3.}$ pp. 106, 243.

Attamen pro liberis quoque operariis adhibetur, cf. Schubart, E. P. p. 466: „Dagegen ist der Ausdruck σώματα, der bei Fronarbeiten vorkommt, nicht unbedingt auf Sklaven zu deuten."

4) Gen. 34^{29}, 36^{6} (σώματα τοῦ οἴκου). In Apocryphis: Tob. 10^{11}; II Macc. 8^{11}.

5) De huius vocis etymologia vide Prellwitz, o. l. i. v., et Boisacq o. l. i. v., qui reicit ad ea, quae Brugmann de hac voce scripsit (Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. [1901], p. 103, et I. F. XIX, p. 386); cf. Moulton-Milligan, o. l. i. v.

6) Cf. Baljon, o. l. i. v. δοῦλος.

7) Lc. 17^{8}; cf. Lc. 12^{37}; Philem. ^{13}.

8) Lc. 4^{39}, 10^{40}; alibi.

9) Lc. 10^{40}; II Tim. 4^{11}; Hebr. 1^{14}.

10) Mt. 20^{26-28} (= Mc. 10^{43-45}).

11) Mt 20^{26}, 23^{11}, Mc. 9^{35}, 10^{43}.

12) Mt. 22^{13}.

13) Rom. 13^{4}; I Cor. 3^{5}; II Cor. 6^{4}; cf. I Thess. 3^{2}.

14) II Cor. 1^{23}; Col. 1^{7}; I Tim. 4^{6}.

15) Col. 4^{7}.

Ad 7um. Ὑπηρέτης [1]) quoque ministrum plerumque liberum significat, sive magistratuum [2]), sive regis [3]), sive synedrii [4]), sive synagogae [5]), sive per translationem evangelii [6]), λόγου [7]), Χριστοῦ [8]). Item ὑπηρετεῖν universe adhibetur, si sermo est de ministrando.

Ad 8um. Neque vox, q. e. θεράπων vulgo ad servos indicandos usurpatur. In N. To. semel [9]) legitur, ubi Moses θ. Dei vocatur. Servitium tamen θεραπεία vocatur [10]).

Ad 9um. Λειτουργός [11]), qui pro populo (λαός) opera facit (cf. δημιουργός) minister publicus est et saepe sacerdos [12]); de veris servis in N. To. neque hoc vocabulum neque derivata dicuntur.

Ad 10um. Verbum q. e. λατρεύειν [13]), etsi alibi et de ingenuis et de servis usurpatur [14]), in N. To. pro his non invenitur, sed ubique pertinet ad cultum Dei [15]).

Ex hac enumeratione videmus solam vocem, q. e. δοῦλος verum servum indicare, aeque ac vocabulum, q. e. παῖς, nisi filium significet; παιδίσκην semper ancillam esse et σῶμα uno tantum loco; οἰκέτην plerumque servum significare; cetera tamen vocabula ipsa nihil ad statum libertatis afferre.

---

1) Ὑπηρέτης proprie est is, qui minister remigis est; cf. Prellwitz, o. l. i. v. ἐρέτης, et Boisacq, o. l. i. v. ἐρέτης („rameur en sous-ordre, serviteur").

2) Mt. 5^{25}.

3) Io. 18^{36}

4) Mt. 26^{58}; Mc. $14^{54.65}$; Io. $7^{32.45.46}$, $18^{3.12.18.22}$ (ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν Φαρισαίων), 19^{6}; Act. $5^{22.26}$.

5) Lc. 4^{20}; cf. Act. 13^{5}.

6) Act. 26^{16}.

7) Lc. 1^{2}.

8) I Cor. 4^{1}. Cynicum quoque quendam se nominare ὑπηρέτην τοῦ Διὸς (Epict. III, $22^{82.95}$) annotat Lietzmann, o l. ad hunc locum.

9) Heb. 3^{5}.

10) Mt. 24^{45} (varia lectio pro οἰκετεία); Lc. 12^{42}.

11) Cf. Prellwitz et Boisacq, i. v. λαός, cuius vocabuli stirps in voce, quae est λειτουργός invenitur.

12) Cf. Hebr. 8^{2}; cf. A. Deissmann, B. St. pp. 137 sq.

13) Λατρεύς homo est, qui pro mercede (λάτρον) opera facit, cf. Prellwitz, o. l. i. v. Boisacq, o. l. i. v. λάτρον.

14) Cf. Hesych. i. v.; λατρεύει · ἐλεύθερος ὢν δουλεύει.

15) Lc. 2^{37}; Act. 7^{7}; alibi.

B. Quot servi, qui re vera exstiterint, in N. To. commemorentur.

Iam permultis locis perlustratis, ubi in N. To. vocabula, servos et servitutem significantia, inveniuntur, nobis inquirendum est, ubi de servis proprie dictis agatur, et imprimis ubi servi, qui re vera vixisse traduntur, commemorentur.

Afferri possunt:

Οἱ δοῦλοι βασιλικοῦ, qui Capharnaum habitabat [1]).

Παῖς ἑκατοντάρχου, ibidem habitantis [2]).

Malchus, δοῦλος sacerdotis, Hierosolymis [3]).

Alius δοῦλος sacerdotis, cognatus quidam Malchi [4]) aliique servi [5]) (οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑπηρέται Io.) et ancillae [6]) (παιδίσκη) summi sacerdotis, qui cum Petro in aula synedrii erant, et ei obiciebant, quod unus e discipulis Iesu esset.

Rhode [7]), παιδίσκη Mariae, matris Ioannis Marci, Hierosolymis.

Παιδίσκη, quae πνεῦμα πύθωνα habebat, Philippis [8]).

Onesimus, servus (δοῦλος cf. vs. 16) Philemonis, Colossis [9]).

Fortasse δύο οἰκέται [10]) Cornelii, centurionis Caesareae.

Deinde verisimile est, nonnullos servos et ancillas habendos esse, quorum nomina tantum leguntur in epistulis Pauli et alibi, ut salutentur.

Multi putant nomina propria Graeca et Latina saepe ea esse, quae monstrent, qua condicione in vitae societate homines usi sint, nomen solum iam indicare saepe, utrum de servo an de homine libero sermo sit [11]). Sed obliviscendum non est plerumque servis post manumissionem priora nomina mansisse, nec commemorari non oportet, interdum nimis nominibus propriis attributum esse in statuendo ordine hominum.

Ex viris doctis, qui de nominibus Graecis scripserunt [12]), imprimis M. Lambertz [13]) nomina servorum perscrutatus est, qui tamen N. Ti. rationem non habuit. Is docuit, in Attica V⁰ a. C. n. saeculo

---

1) Io. $4^{51.52}$.

2) Mt. $8^{6.8.13}$ (παῖς) (= Lc. $7^{2.37}$ (παῖς), ^{10}(δοῦλος)).

3) Mt. 26^{51} (= Mc. 14^{47}, Lc. 22^{50}, Io. 18^{10}).

4) Io. 18^{26}.

5) Lc. $22^{58.59}$; Io. 18^{18}.

6) Mt. $26^{69.71}$ (= Mc. $14^{66.69}$, Lc. 22^{56}, Io. 18^{17} (ubi θυρωρὸς vocatur ἡ παιδίσκη)).

7) Act. 12^{13}.

8) Act. 16^{16}.

9) Philem. passim, Col. 4^{9}.

10) Act. 10^{7}.

11) Cf. A. Deissmann, Paulus [1911], p. 150: „. . . Zum Teil durch ihre Namen als Sklaven kenntlich . . ."

12) Vide opera infra in Appendice allata.

13) M. Lambertz, Die griechischen Sklavennamen [1907].

servos nominatos esse nominibus barbaris, aut nominibus, quae gentem, bonas artes, omen, interdum heroes indicarent, aut nominibus, quae per iocum inderentur, homines tamen liberos nomina composita („Vollnamen") gessisse, quae in servis non invenirentur, etsi nomina gentilia aut iocularia ingenui quoque haberent. „Wir sind also berechtigt, im 5. Jahrhundert in Attika einen Mann, der nach dem Ethnikon eines barbarischen Volkes heisst, oder einen Heroennamen führt, für einen Sklaven zu halten. Ebenso tragen Sklaven oft ihre heimischen Namen weiter. Ein Mann dagegen, der einen vornehmen Vollnamen trägt, ist mit ziemlicher Sicherheit ein Freigeborener. Alle anderen Namensgruppen, die irgendeine Eigentümlichkeit des Namensinhabers zum Gegenstande ihrer Aussage machen, sind beiden Schichten der athenischen Gesellschaft gemeinsam" [1]).

Nomina, quae IV^{0}, III^{0}, II^{0} saeculis a. C. n. in Attica inveniuntur, una ex parte eadem sunt, quae ad id temporis indebantur, sed alia nomina etiam ab hominibus in historia nobilibus sumebantur, quae tamen et ingenui et servi promiscue gerebant. Praeterea servi nominibus deorum minorum et notionibus universis appellari coepti sunt. Cives plerumque nomina composita gerebant, quibus etiamtum interdum servi praediti erant; contra ingenui quoque nominibus heroum vocabantur. „Wir kommen also für diese Zeit zu dem Resultate, dass die Vollnamen Eingang gefunden haben in die Reihen der Sklaven, anderseits wird es von den freien Athenern nicht mehr verschmäht, Heroennamen sich beizulegen. Nun treten die Benennungen nach historischen Persönlichkeiten, nach abstrakten Begriffen und nach Gottheiten auf, von denen die erste Gruppe beiden Gesellschaftsklassen gemeinsam ist, die Götternamen bei den Sklaven überwiegen, während die zweite Gruppe fast ausschliesslich für Sklaven und Sklavinnen reserviert bleibt. Wie in der ersten Zeitperiode bleiben dem Unfreien allein die Benennungen nach barbarischen Volksstämmen vorbehalten, beiden Gruppen der Bevölkerung gemein sind die Widmungsnamen, die mit Götternamen zusammengesetzten Vollnamen und alle Arten von Spitznamen" [2]).

Aetas imperatoria, quod ad servos, discrimen non praebet, si confertur cum temporibus superioribus. Nomina tamen, quae ad id tempus plerumque a servis solis gerebantur, ingenuis quoque obveniunt. „Es gibt also vom ersten Jahrhunderte n. Chr. G. an keinen einzigen Namen mehr, der einem freigeborenen Menschen zu unvornehm wäre. Dem Sklaven ist schon längst kein Name mehr verwehrt, also gibt es eigentlich

---

1) O. l. p. 74.
2) O. l. p. 76.

in Athen keine vornehmen und unvornehmen Namen, keine Bürger- und Sklavennamen mehr. In dem Sinne, wie in den früheren Zeiten, hat der Unterschied in der Namengebung dieser beiden Bevölkerungsklassen aufgehört. Er besteht nur noch insofern, als die hier in Betracht kommenden Namensgruppen in den beiden Gesellschaftskreisen verschieden häufig verwendet werden" [1]).

Quod ad nomina servorum attinet, quae Delphis inveniuntur Lambertz: „Die Nomenklatur der Sklaven," inquit [2]), „in Delphi von 200—50 v. Chr. stimmt .... mit den Verhältnissen Athens in dieser Zeit überein."

Acta manumissionum Boeotiae, quae II° a. C. n. saeculo scripta sunt, eadem nomina offerunt, quae Delphi et Athenae isdem temporibus. Ex 1800 titulis sepulcralibus Boeotiis apparet, multa nomina servilia a liberis quoque gesta esse. „Es lässt sich also nur annehmen, dass viele von den aus allen möglichen Gegenden stammenden Freigelassenen Delphis und der anderen heiligen Manumissionsstätten sich in der Nähe des Heiligtumes, dem sie die Freiheit verdankten, ansiedelten und ihre unvornehmen Namen auf ihre Nachkommen vererbten" [2]).

Spartae nomina, quibus soli servi vocabantur, non inveniuntur [3]), neque in ceteris Peloponnesi regionibus. Multa nomina Rhodi nota sunt, ubi servi nomina omnis generis gerebant, et Therae, cuius insulae permulta nomina III^i^ et II^i^ a. C. n. saeculi tradita sunt: „Der Bürgerstand Theras hält sich .... von den anderen Namensgruppen ausser Voll- und Widmungsnamen so gut wie ganz zurück. Diese treten nur bei Unfreien auf, die aber auch an den übrigen Namensgruppen Anteil nehmen" [4]).

Etsi igitur, Sparta excepta, in omnibus fere regionibus Graeciae quatenus nobis notum sit, servi plerumque nomina alterius generis atque ingenuorum, gerebant, tamen imprimis aetate imperatoria ingenuis eadem nomina indita sunt, imprimis in regionibus Doricis, quae sunt Delphi, Rhodus, Thera. „Wir sahen dadurch einen Ausgleich sich vollziehen, wie er in Boeotien .... schon im dritten und zweiten vorchristlichen Jahrhunderte, .. , . deutlich erkennbar beginnt, und wie er in Athen und schliesslich auch in allen anderen Griechischen Landschaften in den Jahrhunderten der Kaiserzeit zu einem völligen Aufhören jedes Unterschiedes zwischen vornehmen und unvornehmen Namen führt" [5]).

Idem iam ante Lambertz collegerat Meyersahm, in deorum

1) O. l. p. 77.
2) O. l. p. 82.
3) O. l. p. 83.
4) O. l. p. 87.
5) O. l. p. 88.

nomina hominibus imposita inquirens [1], qui de huiuscemodi nominibus affert haec [2]: „Ex 146 talium nominum exemplis 56 certae condicionis hominibus tribui possunt. Et quoniam ex his 56 49 ad ingenuos pertinent, septem servis et libertis indita sunt, efficitur Graecos omnis generis hominibus deorum nomina imposuisse," et quod ad tempora spectat, concludit [3]: „Ex tabulis igitur concludere posse mihi videor Graecos primum deorum nomina hominibus imposuisse Tiberii temporibus, maxime favisse huic mori altero saeculo p. C., decessisse de eo exeunte fere tertio saeculo."

Romanos quoque hominibus nomina deorum imposuisse, sed libertis tantummodo et servis, paucis ingenuis exceptis [4], quam consuetudinem ita ortam esse suspicatur Meyersahm: „Primum Romani paucis annis a. C. Graeca deorum nomina sicut alia liberis imposuerunt. Et quoniam mos erat apud Romanos, ut Graeca et alia peregrina nomina libertis modo et servis darentur, haec consuetudo etiam in Graeca deorum nomina transiit. Paullo post Latina quoque deorum nomina in eundem usum verterunt, et ad idem genus hominum relegaverunt. A Romanis mos translatus est ad Graecos. Qui ingenuis aeque ac servis haec nomina dabant, nam absurdum erat, Graecos Graeca nomina parvi facere" [5].

Attamen ne apud Romanos quidem usum constantem fuisse. „. . . . . videmus a Romanis et Graeca et Latina deorum nomina, si excipias unum equitem, novem ingenuos, libertis et servis imposita esse, Hermetis autem, Phoebi, Mercuri nomina apud apparitores, opifices, mercatores maxime in usu fuisse" [6].

Idem fere Bechtel [7] iudicat de nominibus heroum agens, hominibus impositis: „Ein guter Teil dieser der Heroenwelt entnommenen Namen findet sich fast nur bei Sklaven, Freigelassenen und Hetären, aber auch als Bürgernamen tauchen sie der Regel nach erst mit der Wende des fünften Jahrhunderts auf," et de nominibus gentilibus scribens [8]: „Uebrigens sind nicht alle fremden Volksnamen immer Sklavennamen" [9].

Ex omnibus igitur his operibus, quibus data opera de hac re agitur, apparet aetate imperatoria nomina, quae nisi a servis non gererentur, non exstitisse. In universum fieri potest, ut ea nomina,

---

1) H. Meyersahm, Deorum nomina hominibus imposita [1891].
2) O. l. pp. 10 sq.. 3) O. l. p. 13.
4) O. l. p. 29. 5) O. l. p. 30.
6) O. l. p. 23.
7) F. Bechtel und A. Fick, Die griechischen Personennamen [²1894], p. 313.
8) O. l. p. 340.
9) Cf. W. Schubart, E. P. p. 332.

quae prioribus temporibus hic illic fere semper servis imponebantur, tunc homines quoque ingenuos indicaverint. Nisi ex aliis indiciis probatur eum, cui nomen tale datum sit, servum fuisse, certo scire numquam possumus, utrum homines, qui in N. To. afferuntur, servi fuerint, necne.

Quod ut in singulis nominibus diiudicemus, omnia ea nomina propria in N. To. inventa, quae e V. To. allata non sunt, in calce paginae eodem modo dividimus, quo M. Lambertz in opere suo nomina servorum divisit [1]).

---

[1]) Cf. Lambertz, o. l. pp. 6—72. In N. To. haec nomina invenimus:

1um. Nomen servi idem est quod domini. Eum usum in N. To. nusquam invenimus, si praeter nomina servorum etiam nomina dominorum nota sunt.

2um. Nomen a patria, vel ab alia gente sumptum est: talia sunt *Ἀχαικός, Περσίς, Λυδία.*

3um. Nomina urbium: in N. To. non leguntur. An fortasse *Φύγελος* ductum est ab urbe Pygela, quae postea *Φύγελλα* vocabatur?

4um. Hominum in historia celebrium nomina: *Ἀλέξανδρος.*

5um. Nomina heroum: *Νηρεύς, Ἰάσων, Λίνος, Νάρκισσος, Αἰνέας.* (Cf. *Ἡρώδης* et *Ἡρωδιάς).*

6um. Nomina deorum: *Χλόη, Ἑρμῆς, Εὐοδία, Φοίβη, Ὑμέναιος.*

7um. Nomina votiva: *Δημήτριος, Διονύσιος, Ἀπολλῶς.*

8um. Nomina composita, quorum pars prior deum indicat: *Ἑρμογένης, Θεόφιλος, Διοτρεφής;* formae breviores quoque leguntur, ut *Ἀπελλῆς, Ἀρτεμᾶς, Ὀλυμπᾶς, Δημᾶς, Ζηνᾶς, Ἑρμᾶς* (alii putant hoc nomen formam dialecticam esse nominis, q. e. *Ἑρμῆς,* cf. Meyersahm, o. l. pp. 4, 5, 11).

9um. Nomina notiones universas condicionemve servi domesticam exhibentia: *Τύραννος, Φιλόλογος.*

10um. Nomina adiectivi formam praebentia: *Φλέγων, Ὀνήσιμος, Ἐπαφρόδιτος,* (forma brevior: *Ἐπαφρᾶς), Ἀσύγκριτος, Τρύφαινα, Τρυφῶσα, Ἐπαίνετος, Ἔραστος, Τρόφιμος, Τύχικος, Φίλητος, Κυρία(?), Εὔβουλος,* (cf. *Εὔτυχος, Τρύφαινα, Φιλήμων,* quae adiective non inveniuntur).

11um. Nomina animalium: *Δορκάς, Δάμαρις (= Δάμαλις?),* plantarum: *Στάχυς, Ῥόδη, Κάρπος, Βλάστος,* aliarum rerum: *Πέτρος, Στέφανος.*

12um. Nomina dierum, mensium non leguntur, nisi fortasse *Ἀπελλῆς.* (cf. Bechtel-Fick, o. l. p. 64: „Die Namen *Ἀπελλῆς* . . . können auch auf den Monatsnamen *Ἀπελλαῖος* bezogen werden").

13um. Nomina, quae omina sunt: fortasse *Εὔτυχος,* et alia, quae cum voce, q. e. *τυχή* cohaerent?

14um. Nomina composita: *Ἀνδρόνικος, Ἀρίσταρχος, Ἀριστόβουλος, Ἀρχέλαος, Ἄρχιππος, Βερνίκη, Εὐνίκη, Λυσανίας, Νικάνωρ, Νικόδημος, Νικόλαος, Ὀνησίφορος, Πρόχορος, Συντύχη, Σωσθένης, Σώπατρος, Σωσίπατρος, Τιμόθεος, Φιλόλογος.*

formae breviores: *Ἀγρίππας, Ἀνδρέας, Ἀντίπας, Ἀρέτας, Θευδᾶς (= Θεοδᾶς), Κλεόπας, Λυσιάς, Νυμφᾶς, Παρμενᾶς, Πατροβᾶς, Στεφανᾶς; Μνάσων, Ἡρωδίων, Τίμων; Τιμαῖος(?).*

15um. a. Nomina Semitica: *Ἄγαβος, Ἄλφαιος, Ἄννα, Ἄννας, Βαραββᾶς, Βαραχίας,*

Ex qua enumeratione apparet in nominibus propriis, in N. To. inventis, fere omnia genera nominum adesse, quae olim servi haberent. Ex nominibus Graecis ea, quae ad 1um—13um allata sunt, antea servis imprimis indebantur. Quae ad 14um enumerantur, contra ingenuis plerumque erant. Nomina semitica (ad 15um, *a*) numquam discreta fuerunt in nomina servorum et ingenuorum, atque inter nomina latina (15, *b*) non sunt ea, quae solis servis obvenerint. Vidimus tamen aetate imperatoria id discrimen non iam ita observatum esse, ut nomen ipsum indicare possit, utrum de homine libero an de servo quaestio sit. Ea, quae primo obtutu nomina servilia esse videntur, tunc saepe in ingenuis quoque adhibebantur, et altera ex parte inter nomina composita et inter semitica et latina multa esse possunt, quae servos indicaverint.

Ut igitur efficiamus aliquem hominem servum fuisse, nomen ipsum haud multum attribuit, neque magis si quis doceat nomen aliquod nisi servis aut ingenuis inditum non esse, ea re probat, hominem de quo agit, re vera ea condicione fuisse, nam fieri potest, ut ad parvum, quin etiam ad aliquanto maiorem numerum nominum notorum aliquando nova nomina accedant, quae exemplum usus contrarii exhibeant. Prudenter ergo agendum est, id quod Steinmann hac in re neglexisse mihi videtur. Is enim scribit [1]): „Die Namen Epänetus, Andronikus, Apelles, Aristobulus, Timotheus,

---

Βαρθολομαῖος, Βαρνάβας, Βαρσαβᾶς, Βαρτίμαιος, (Βοανεργές), Ἐλισάβετ, Ἐλύμας, Ζακχαῖος, Ζαχαριάς, Ζεβεδαῖος, Θαδδαῖος, Θωμᾶς, Ἰάειρος, Ἰακώβ, Ἰάκωβος, Ἰησοῦς, (cf. *Βαριησοῦς), Ἰούδας, Ἰωάννα, Ἰωάννης, Ἰωνᾶς,* (cf. *Βαριωνᾶς), Ἰωσῆς, Ἰωσήφ, Καϊάφας, Κηφᾶς, (Κλωπᾶς,* fortasse tamen idem quod *Κλεόπας?), Λάζαρος, Λεββαιὸς, Λευΐ(ς), Μάλχος, Μαναήν, Μάρθα, Μαριάμ, Ματθαῖος, Ματθίας, Ναθαναήλ, Ναούμ, Σαλώμη, Σαούλ, Σαῦλος, Σαπφείρη, Σεμεΐ, Σίμων, Συμεών, Σουσάννα, Ταβιθά, Φανουήλ, Χουζᾶς.*
b. Nomina latina. *α.* praenomina: *Γάϊος, Λούκιος, Μάρκος, Πόπλιος, Τίτος.*

β. nomina: *Ἰούλιος, Ἰουλία, Κλαύδιος, Κλαυδία, Κορνήλιος, Πόντιος, Πόρκιος, Σέργιος, Τιβήριος, Τίτιος.*

γ. cognomina: *Ἀκύλας, Ἀμπλίατος, Αὔγουστος, Γαλλίων, Δρουσίλλα, Ἰοῦστος, Καῖσαρ, Κλήμης, Κούαρτος, Κρήσκης, Κρίσπος, Κυρήνιος, Νέρων, Νίγερ, Οὔρβανος, Παῦλος, Πίλατος, Πούδης, Πρίσκα, Πρισκίλλα, Ῥοῦφος, Σέκουνδος, Σιλούανος, Σκευᾶς* (= Scaeva?), *Τέρτιος, Τέρτυλλος, Φῆστος, Φορτούνατος,* et formae hypocoristicae in *-ας* terminantes: *Ἰουνίας, Ἀμπλίας, Σίλας, Λουκᾶς.*
c. fortasse Phrygium est: *Ἀπφία.* (vide C. I. G. III, p. 1168, (4380 k^3), cf. G. Thieme. Die Inschriften von Magnesia am Mäander und das N. T. [1905], p. 39; Zahn, Einl. in d. N. T. I [^{3}1906] p. 327; Dibelius, (Hb. N. T. III, 2, [1912], ad Philem. 2; cf. Cic. Epp. ad Fam. III, 7^2, 9^1, ubi sermo est de incolis Appiae, oppidi Phrygiae Magnae.
16um. Nomen originis incertae: *Λωΐς.*

1) Steinmann, Skl. a. K., pp. 51 sq.

Jason, Sosipatros, Erastus sind beliebte griechische, Urbanus, Rufus, Julia, Lucius, Tertius, Caius, Quartus ebenso geläufige lateinische, die sich in allen Ständen finden. Dagegen kommt Junias als Sklavenname vor, Ampliatus weit öfters, Narcissus ebenfalls, Persis hingegen, die Paulus auszeichnet, ist „typischer Sklavinnenname": die Perserin. Phlegon wurden Hunde und Sklaven genannt. Ebenso ward der Göttername Hermes gern Sklaven gegeben, Patrobas und Nereus sind Sklavennamen. Das mitgeteilte Material musz genügen zur Erhärtung der Behauptung, dasz ein groszer Bruchteil der christlichen Kirche die Sklaven waren."

Lietzmann [1]), quem Steinmann h. l. imprimis sequitur, ipse multo prudentius scripserat. Nomen q. e. Ἰουνιᾶς, de quo Steinmann hic agit, nusquam alibi adhuc, quantum scio, inventum est. Narcissum, quem laudat, servum Christianum [2]) fuisse, haud facile, mea quidem opinione, probatur [3]). Negari nequit, nomen q. e. Ἑρμῆς saepe servis inditum esse, sed refero ad Meyersahm, pp. 5, 28, 29, 31 permultos homines ingenuos eius nominis enumerantem.

Opinor igitur, ex nominibus ipsis non multum effici posse, neque tamen sequi, ut fieri non potuerit, ut inter homines supra commemoratos permulti re vera servi fuerint. Sed alia ratione hoc statuendum est, quamvis raro certo diiudicari possit. Nonnullos eorum hominum constat servos fuisse, velut eos, quibus nomina Ῥόδη, Μάλχος, Ὀνήσιμος essent, plerosque ingenuos, quos afferre necesse non habeo. Sed iam remanent plurimi, de quorum in vita societatis statu nihil notum est. Quod autem ad hos, quantum fieri possit, ex ceteris vitae condicionibus, ex indiciis aliunde sumptis, cognoscendum est, quonam statu fuerint.

Sed priusquam hac de re iudicemus, alia nonnulla disputanda sunt. In N. To. enim aliquoties mentio fit hominum, qui non ipsorum nominibus, sed alterius indicentur, eos dico, qui nominantur:

οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας (Phil. 4^{22}),
οἱ ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου (Rom. 16^{10}),
οἱ ἐκ τῶν Ναρκίσσου (Rom. 16^{11}),
οἱ Χλόης (I Cor. 1^{11}),
ὁ οἶκος αὐτῆς (i. e. Lydiae, Philippis) (Act. 16^{15}),
ὁ οἶκός σου (i. e. τοῦ δεσμοφύλακος, Philippis) (Act. $16^{31 \cdot 33}$),
ἡ οἰκία Στεφανᾶ (I Cor. 16^{15}),
ἡ κατ' οἶκον αὐτῶν (i. e. Priscae et Aquilae) ἐκκλησία (Rom. 16^{5}; cf. I Cor. 16^{19}),
ἡ κατ' οἶκον αὐτῆς (i. e. Nymphae) ἐκκλησία (Laodiceae) (Col. 4^{15}),
ἡ κατ' οἶκόν σου (i. e. Philemonis) ἐκκλησία (Colossis) (Philem. ^{2}),

---

1) Lietzmann, (Hb. N. T. III, 1, [1910]), ad Rom. 16^{5-23}, pp. 72—74.
2) Cf. Zahn, ad Rom. p. 605^{65}.
3) Vide infra pp. 90 sq..

Γάϊος, qui ὁ ξένος μου καὶ ὅλης τῆς ἐκκλησίας vocatur (Rom. 16[23]), ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Κενχρεαῖς, cuius Φοίβη διάκονος erat (Rom. 16[1]).

Inter eos homines servos quoque fuisse, verisimile est. Οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας etiam alibi commemorantur. Deissmann [1]) annotat opus non esse putare eos omnes fuisse in domo Caesaris, quae Romae esset; sed ita eos quoque appellatos esse, qui alio migravissent. Sic Ephesi „collegia libertorum et servorum" imperatoris inveniuntur [2]). Tot homines eiusmodi Romae erant, ut synagoga vernaculorum esset, cui servis domus imperatoriae solis aditus pateret [3]). Etiam Alexandriae erant, quibus nomini addere liceret Καίσαρος vel τοῦ Καίσαρος. Fortasse multi eorum, cum Cleopatra mortua esset, Octaviano obvenerant, quam ob causam Καισάρειοι nominabantur. Schubart, qui de hoc genere Caesareorum agit [4]), dubitat, an inter eos multi fuerint, qui non iam servi essent, sed liberti, cum omnino suo iure agerent, quin etiam inter eos unus esset, qui ipse ancillam possideret. Eos tamen seiungit a libertinis imperatoriis, quorum Strabo [5]) mentionem faciat. Quoquo modo res se habet, iam satis apparet fieri posse, ut inter τοὺς ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας servi et liberti fuerint, etsi hac locutione homines ingenui quoque indicari possunt.

Idem [6]) iudicandum est de τοῖς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου et de τοῖς ἐκ τῶν Ναρκίσσου [7]). Negandum non est, fieri posse, ut inter eos servi

---

1) Deissmann, L. v. O. [2.3] p. 172[3]; cf. Zahn, Einl. in d. N. T. [3]I p. 391, ann. 1; A. de Waal, οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας (Phil. 4[22]) in: R. Q. pp. 160—164; M. Dibelius, Hb. N. T. III, 2, p. 64; Lightfoot, Philippians [[18]1913], pp. 171—178 (Caesars household); P. Feine, Die Abfassung des Philipperbriefes in Ephesus [1916], pp. 88—98; supra p. 62.

2) Vide Dibelius l. l., qui laudat Wood, Discoveries at Ephesus, inscriptionum sepulcralium 20 (Appendicis p. 18).

3) Cf A. von Harnack, M. u. A. [3]II [1915] p. 38. Συναγωγὴ Αὐγουστησίων appellabatur. H. M. R. Leopold, Nieuwe Archaeol. gegevens over de Ap. Petrus en Paulus in: Onze Eeuw XVI, 3 [1916], p. 445.

4) W. Schubart, (Alexandrinische Urkunden aus der Zeit des Augustus (in: A. P. V [1913] , pp. 41, 116, 117) affert Pap. Lond. II pp. 96, 98 et C. I. G. III, 4713; cf. p. 117: „Ueberdies gehören mehrere zu den Πέρσαι τῆς ἐπιγονῆς, die ohne Zweifel persönlich frei sind." Cf. Schubart, E. P. pp. 329 sq.

5) Strabo, 797.

6) Eos in numero Caesareorum fuisse, putat v. Harnack, M. u. A. [3]II p. 41 ann. 1.

7) Aristobulus et Narcissus Christiani non erant, cum Paulus, si Christiani fuissent, facere non potuisset, quin eos quoque ipsos salutaret, id quod non fecit. Aristobulum nonnulli eundem fuisse putant atque illum Aristobulum, qui, e gente Herodum ortus, anno 54 p. C. n. Roma in Armeniam missus sit (cf Tac. Ann. XIII, 7 et Furneaux ad l.), id quod tamen omnino non constat. Zahn (Comm. in Rom. p. 609)

fuerint, neque vero ulterius progredi licet: nusquam servi nominatim afferuntur, nusquam ex aliis rebus apparet, servos inter eos fuisse.

Neque plura de vitae condicione eorum, qui οἱ Χλόης appellantur, nota sunt. Utrum eorum, qui locutione, q. e. ὁ οἶκός τινος, vel ἡ κατ' οἶκόν τινος ἐκκλησία indicantur, maior pars ingenui fuerint, necne, ex locutionibus eiusmodi diiudicari posse non puto.

Cum igitur de statu vitae neque nomina propria, neque appellationes ut οἵ τινος quicquam nos doceant, ad rationem, quae servis cum ingenuis erat in antiquissima ecclesia Christiana, adumbrandam, alia nonnulla indicia spectanda sunt.

Primum in Christianos, qui R o m a e erant, inquiramus, cum de hisce pleraque nota sint. Antea monendum est, nos facere cum iis, qui putent, homines, qui Rom. 16 a Paulo commemorantur, Romae [1]), neque Ephesi [2]) habitavisse, etsi arbitramur hac in re dirimenda nominibus ipsis multum tribuendum non esse. Ergo non

---

putat Herodionem, qui post Aristobulianos primus a Paulo salutatur (Rom. 16[11]), unum ex iis fuisse; cuius nomen cohaerere cum nomine q. e. Herodes. Quod fieri quidem potest, nec tamen liquet. Cf. W i l c k e n, i. v. Aristobulos (10) in: P. W. R. E. II [1896], col. 910; F e i n e, o. l. pp. 128—130.

Nec de N a r c i s s o non disceptant viri docti. Nonnulli (inter quos Z a h n et v. H a r n a c k l. l.) putant eum libertum Claudii fuisse, et anno 54 p. C. n. morientem magnas suas divitias Neroni reliquisse (cf. T a c. Ann. XI, 29; XII, 1, 57, 65; XIII, 1; S u e t. Claud. 28, 37); E r b e s, (Z. N. W. X [1909] p. 143) tamen iudicat, eum Neronis libertum fuisse (D i o C a s s. 64, 3, 4), qui, idem homo ditissimus, anno 69 p. C. n. supplicio affectus est. Flavii quoque servum libertumve eiusdem nominis habebant, et alii hic illic commemorantur (cf. H e r o d i a n. 1, 17; D i o C a s s. 72, 22). H. M. R. L e o p o l d (o. l. pp. 448 sq.) inscriptionem exhibet, inventam in Catacumbis Domitillae, quae ita legitur: „Iuliae Aug(ustae) Agrippinae Narcissus Aug(usti) Traiani Agrippinian(us)". Cum tamen Ep. ad Rom. a Paulo anno 54—55 (v. H a r n a c k) vel tribus aut summum quattuor annis post scripta sit, hic Narcissus idem fuisse mihi non videtur. An hic Narcissus est, qui in Actis Petri „Presbyter" appellatur? (cf. Z a h n, Comm. in Rom. p. 609[(5)]). Neque solum Romae, sed etiam alibi Narcissos inveniri, hic commemorare vix opus est (vide Inscr. Magn. 122, d. 14; Hierap. 80; quas T h i e m e o. l. p. 40 affert). Extra N. T[um]. Narcissiani inveniuntur C. I. L. III 3974, VI 15640. Cum igitur nomen q. e. Narcissus tam saepe tamque diversis locis inveniatur, adhuc fieri non potest, ut unum ex tam multis eundem fuisse atque eum, quem Paulus appellat, efficiatur. Cf. F e i n e, o. l. pp. 130—132.

1) Cf. v. H a r n a c k, M. u. A. [3]II p. 250; E r b e s, Z. N. W. X [1909], pp. 128—147; Z a h n, Einl. [3]I pp. 274—277, 297—299; Comm. in ep. ad Rom. [[1.2] 1910], ad cap. 16, pp. 605—611.

2) Cf. D e i s s m a n n, L. v. O. [2.3] p. 169 sq., Paulus, p. 13; F e i n e, o. l. pp. 121—149: Anlage über Röm. 16, 3—20 als Epheserbrief.

solum probamus, si Erbes ad Romanos epistulam datam esse iudicans, scribit haec: „Dagegen ist es lächerlich, die Bestimmung der Grüsse für Rom darum bezweifeln zu wollen, weil einzelne der Namen sich auch an andern Orten finden, einerlei sogar, aus welchem Jahrhundert," [1]) sed etiam altera ex parte id quod Deissmann (Ephesios fuisse eos existimans) annotat [2]): „Die Kennzeichnung der Personennamen von Röm. 16 als spezifisch römischer aufgrund stadtrömischer Inschriften hat denselben Wert wie die Kennzeichnung der Namen Wilhelm, Friedrich, Luise als spezifisch berlinischer aufgrund Berliner Grabsteininschriften. Jene Namen wimmeln durch die Inschriften, Papyri und Ostraka der ganzen Mittelmeerwelt."

Pauli autem ad Romanos Epistulae cap. 16 multa praebet nomina Christianorum Romae habitantium I[i] p. C. n. saeculi. Inter quos Iudaei quoque nonnulli afferuntur, quos multos Romae habitavisse, supra [3]) vidimus. Bellis enim cum Iudaeis gestis haud parvus numerus servorum Iudaeorum Romam adductus est [4]). Ex iis autem, qui a Pompeio capti erant, nonnulli liberati sunt, alii a Iudaeis redimebantur, alii a novis dominis, quibus, cum diligenter leges suas observarent, molestissimi essent [5]), mox manumissi sunt [6]). Aetate igitur imperatoria multi libertini Iudaei Romae erant, qui etiam extra Romam libertinorum nomen servasse videntur [7]). Multi Iudaei, qui liberti cognatorum Caesarum vocantur, in titulis Romae inventis commemorantur [8]). Etsi parum constare videtur, quae rationes inter antiquissimam ecclesiam Romanam et Iudaeos intercesserint [9]),

---

1) Ceterum eiusmodi investigationem, qualem, ut exemplum afferam, G. Thieme, habuit in titulis Magnesiae (Die Inschriften von Magnesia am Mäander u. d. N. T. [1906]) magni momenti esse ad onomatologiam N. Ti. proferendam, non nego.

2) Deissmann, L. v. O. [2.3] p. 209 ann. 1.

3) Vide supra p. 89.

4) Cf. in universum A. Berliner, Geschichte der Juden in Rom [1893]; H. Vogelstein-P. Rieger, Geschichte der Juden in Rom, I, II [1896]; J. Juster, Les Juifs dans l'empire Romain, I, II [1914]; v. Harnack, M. u. A. [3]II pp. 38 sq.

5) Cf. H. M. R. Leopold, o. l. p. 445; Vogelstein-Rieger, o. l. I p. 72.

6) Philo, Leg. ad Gaium, 23 (ed. Mang. II 568), Vogelstein-Rieger, pp. 6 sq.

7) Act. 6[9]: *τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων.* Cf. Schürer, G. J. V. [4]III, p. 128. Alii tamen aliter de his „Libertinis" sentiunt.

8) Vide Vogelstein-Rieger, o. l., ubi tituli inveniuntur pp. 459—483: „Die Inschriften in den jüdischen Cömeterien in Rom", cf. pp. 59 sq.

9) Vide Wendland, H. R. K. [2.3] pp. 209 sq.: „Die Schlüsse mit denen man das Verhältnis des heidenchristlichen und judenchristlichen

atque in ea imprimis Christiani, qui a paganis orti erant, fuisse putantur [1]), nonnulli tamen Iudaei in numero Christianorum fuerunt, id quod fortasse nominibus q.s. Maria et Herodion probatur. Nec fieri non potest, ut inter ceteros, quos Paulus Rom. 16 salutat, Iudaei sint, quippe quorum nomina saepissime Hebraica non fuerint [2]), (ut Aquila et Priscilla). Cum autem inter Iudaeos, qui Romae erant, numerus servorum aliquantus esset [3]), fortasse inter eos, qui Christiani facti sunt, servi quoque nonnulli fuerunt, etsi hoc nusquam ipsis verbis indicatur.

Quod ad alios Christianos Romanos, de Caesareis supra diximus; arbitramur R. Knopf nimium contendere scribentem [4]); „Es sind unfreie Leute gewesen, die sich hier dem neuen Glauben anschlossen, aber neben niedrigen bedeutungslosen Sklaven, die hier das Christentum gewonnen haben mag, waren wohl auch einflussreichere

---

Teiles einzelner Gemeinden festzustellen gesucht hat, sind unsicher und schwankend." Fortasse Claudius, qui primo omnes Iudaeos ex Italia discedere iusserat (cf. Act. 18[2]), paulo post edixit, ut coetus soli religiosi Iudaeorum vetarentur, Iudaeorum et Christianorum in synagogis iurgiis adductus, quae Suetonius (Claud. 25) propter Chrestum quendam exstitisse confirmat. Cf. J. Woltjer, De berichten der Heidensche Romeinsche Schrijvers aangaande Christus (in: Alm. v. h. Stud. Corps a. d. V. U. [1912] pp. 143—155), pp. 144 sq.; Staerk, Neutest. Zeitgesch. I pp. 117 sq.; v. Harnack, M. u. A. [2]I p. 8. Quodsi verum sit, ea re probetur Romae quoque ut plerumque, in ecclesia multos Iudaeos fuisse, etsi non obliviscimur, plurimos homines paganos primum Iudaeos, deinde Christianos factos esse; cf. Deissmann, Paulus p. 141: „Die „Heiden" die Paulus gewann, stammten wohl zum guten Teil aus den bereits jüdisch beeinflussten Kreisen der ganzen oder halben Proselyten. Die Alternative, die man bei der Frage der Zusammensetzung seiner Gemeinden oft formuliert hat: „Judenchristen oder Heidenchristen?" ist zu eng. Es gab auch Heidenjudenchristen, frühere Heiden, die erst Juden und dann Christen geworden waren." Cf. in universum Th. Reinach, i. v. Iudaei in: D. e. S. III [1900], pp. 619—632.

1) Cf. A. Jülicher, Einl. i. d. N. T. [5.6 1906], pp. 99 sq.; H. J. Holtzmann, Lehrb. d. hist.-krit. Einl. i. d. N. T. [3 1892], pp. 232 sq.

2) Cf. F. Buhl, i. v. Hellenisten, in: H. R. E. VII [3 1899], pp. 624 sq.; Vogelstein-Rieger, o. l. I, pp. 59—61; Harnack, M. u. A. [3]I, p. 6 ann. 4.

3) Cf. Vogelstein-Rieger, I p. 64: „Dass die Zahl der jüdischen Sklaven in Rom keine geringe war, erklärt sich aus der Natur der Sache. Der Name einer Sklavin im kaiserlichen Hause, Akme, die in der Familientragödie des Herodes eine unheilvolle Rolle gespielt hat, wird überliefert, — auch Martial hatte einen jüdischen Sklaven (Mart. VII, 35, 55)." Multi utique fuisse non videntur.

4) R. Knopf, Ueber die soziale Zusammensetzung der ältesten heidenchristlichen Gemeinden, (in: Zeitschr. f. Th. u. K. X [1900], pp. 325—347) p. 338.

Glieder jenes Haushaltes, Leute, die vielleicht das Ohr von Mächtigen, vielleicht von Prinzen und Prinzessinnen der Kaiserlichen Familie besassen . . . Das Christentum hat unter den Sklaven und Freigelassenen des kaiserlichen Haushaltes ein treffliches Feld für Propaganda gefunden . . ." Contra nos putamus, de illis servis nihil constare. R. Knopf duos quidem libertos imperatorios affert, in I^{a} ep. Clementis nominatos, de quibus annotat [1]: „Sklaven können es nicht gewesen sein", sed nusquam servos attulit. De aliorum Christianorum Romanorum, quorum nomina sola tradita sunt (Rom. 16), vitae condicionibus statuere quicquam me non audere supra dixi [2]. Epistulam universam ad Romanos legentes, nusquam indicia invenimus probantia, servos in ecclesia ibi inventos esse, nusquam Paulus in hac epistula monendis aut consolandis servis operam dat, ut in aliis quibusdam epistulis.

Concludimus igitur, fieri posse, ut in Ecclesia Romana antiquissima servi fuerint, neque tamen numerum servorum magnum fuisse, utique nusquam de iis aperte mentionem fieri [3].

Ex Christianis, qui Corinthi [4] noti sunt, principes fuerunt Aquila et Priscilla, Titius Iustus, Stephanas, Fortunatus, Achaicus, Crispus, Gaius, Erastus, domus Chloes (quae fortasse ipsa Christiana non erat), Phoebe (Cenchreis habitans).

Aquila et Priscilla (sive Prisca) tabernaclarii erant aeque ac Paulus. Eos ditissimos fuisse, verisimile non est, cum Paulus, qui Corinthi apud eos tentoria faciebat, postea scripserit se Corinthi eguisse: *καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑστερηθεὶς οὐ κατενάρκησα οὐθενός· τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοὶ ἐλθόντες ἀπὸ Μακεδονίας* (II Cor. 11^{9}). Quo ex loco conicimus Aquilam et Priscillam, qui utique Paulum magni aestimaverint, magna officina usos non esse, et ipsos mediocrem vitae condicionem sustinuisse. Fortasse ecclesia domestica, quae apud eos fuisse commemoratur, in officina ipsa congregabatur [5].

Deinde de domo Stephanae mentio fit (I Cor. 1^{16}, $16^{15, 17}$), quocum semel (16^{17}) Fortunatus et Achaicus una afferuntur.

---

1) O. l. p. 339.

2) Vide supra pp. 85—88.

3) Neque tituli, qui in Catacumbis antiquissimis: Priscillae iuxta Viam Salariam Novam sita, Domitillae iuxta Viam Ardeatinam sita leguntur, usque adhuc quicquam de condicione vitae in societate Christianorum exhibent. Cf. C. M. Kaufmann, Handb. d. christl. Archäologie [^{2}1913] pp. 127, 146, 677; J. Schrijnen, o. l. p. 48.

4) Cf P. Biesterveld, Corinthe's Gemeente ten tijde van Paulus [1907].

5) Priscillam tanta auctoritate fuisse v. Harnack (in: Z. N. W. I [1900] p. 16) iudicat, ut eam Epistulam ad Hebraeos scripsisse credat. Cf. A. van Veldhuizen, „Vrouwen van Korinthe" (in: Nieuwe Theol. Stud. II [1919] pp. 297—307), p. 307.

Multi vv. dd.[1]) eos servos Stephanae fuisse iudicant, nixi eorum nominibus, quod argumentum nullius fere pretii esse supra indicavimus. Fortasse, id quod nonnulli [2]) affirmant, Fortunatus idem fuit atque ille, quem Clemens (ep. I ad Cor. 65) Roma cum legatis Romanorum Corinthum anno 97 p. C. n. iter fecisse scribit. Nulla tamen est causa, cur utrumque e familia Stephanae non fuisse arbitremur, neque cum iis, qui οἱ Χλόης vocantur, confundendi sunt [3]).

Οἱ Χλόης (I Cor. 1^{11}), etsi maiorem speciem servitutis praebere mihi videntur, domestici liberi tamen fuisse possunt. Dubium est, utrum Chloe ipsa Corinthi an Ephesi habitaverit, eam Christianam fuisse, nusquam affirmatur [4]).

Titius Iustus et Gaius, qui Paulum domi suae recipere potuerunt, Crispus olim archisynagogus (cf. Act. 18^{8}), Erastus, praefectus aerario, Phoebe diaconissa quaedam ecclesiae Cenchreensis, quae ipsa suo nomine commercia agebat [5]) et Romam iter fecit, hi omnes servi non fuerunt.

Corinthi igitur nullum servum invenimus inter eos, qui nominatim in N.To. afferuntur. Sed ex epistulis Pauli ad Corinthios scriptis apparet, servos in ecclesia ibi fuisse. De locis, qui ad eos spectant, infra agemus. Quot servi fuerint, quae ratio numero servorum fuerit cum numero ingenuorum, non facile diiudicatur. Neque ad hanc rem spectant illa Pauli, quibus ipse ecclesiam Corinthiam significat (I Cor. 1^{26-28}): οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς e.q.s. Quae cum non ita interpretanda sint, quasi omnino homines sapientes, potentes, nobiles ecclesiae Corinthiae defuerint, quam interpretationem iam verba ipsa vetant, eorum iudicium refutatur, qui putent, Corinthi omnes, aut fere omnes Christianos proletarios fuisse, cui opinioni socialistae q.d. nonnulli

---

1) Cf. Ph. Bachmann (in: Zahn, Comm. [²1910]) ad I Cor. 16^{17}: „weil Fortunatus und Achaikos nach der Form ihrer Namen zu schliessen, Sklaven . . . oder Freigelassene des St[ephanas] gewesen sein werden . . ." C. Weizsäcker, D. Ap. Zeitalter [³1901] p. 266: „Zu den Leuten dieses Stephanas gehören wohl auch die 16^{17} neben demselben als Besucher des Apostels in Ephesus genannten beiden Männer Fortunatus und Achaikos, aus deren Namen sich vermuthen lässt, dass sie Sklaven waren (cf. p. 632), wahrscheinlich Sklaven oder Freigelassenen des ersteren." Cf. Biesterveld, o. l. p. 12.

2) Cf. Zahn, Einl. in das N. T. ³I p. 192. Heinrici (in: Meyer, Comm. in I Cor. [⁸1896]), ad l.

3) Heinrici, l. l.: „Zur Familie des Stephanas . . . . sind sie nicht mitzurechnen (wie de Wette will). Grot. hält sie für die Leute der Chloe, aber s. z. 1^{11}." Cf. Lietzmann, Comm. in I Cor. p. 158. Bachmann, l. l.

4) Cf. Lietzmann, l. l., supra pp. 90, 93.

5) Cf. Zahn, Comm. in Rom. [¹·²·1910], ad Rom. 16^{1}, pp. 604 sq.: „in recht günstiger sozialer Lage."

faverunt [1]). Sed praeter modum egredi ii quoque mihi videntur, qui, ut Steinmann [2]), iudicent: „die Sklaven werden einen grossen, wahrscheinlich den überwiegenden Bruchteil der Gemeinde gebildet haben."

Omnibus rebus perpensis, Corinthi, nonnullis hominibus ditibus et nobilissimis exceptis, eos, qui mediocri vitae condicione uterentur, maiorem partem ecclesiae effecisse [3]), pauperrimos atque egenos tamen minorem, arbitror. Inter hos utrosque servi erant, quorum tamen numerus magnus non fuit.

De reliquarum ecclesiarum in societate vitae condicionibus N. T. non multa tradit. In Macedonia ecclesiae ortae erant Philippis, Thessalonicae, Beroeae. A Paulo (II Cor. 8^2) ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν commemoratur. Philippis apostolus ancillam sanavit, πνεῦμα πύθωνα habentem (iam antea Paulum ancillam offendisse non commemoratur [4])), sed ibi Lydia quoque habitabat, mulier dives. Thessalonicae mulierum Christianarum nobilissimarum mentio fit (Act. 17^4), etiam Beroeae (Act. 17^{12}), quae tamen hic postea a religione Christiana defecisse videntur [5]).

De Christianorum, qui in Galatia habitabant, vitae condicionibus nihil comperimus. Colossis et Laodiceae servos fuisse apparet, cum his in urbibus domini moneantur, pluribus verbis servi [6]). E ditioribus Nymphas quidam (Col. 4^{15}) Laodiceae commemoratur. Colossis Philemon servum habebat Onesimum, de quo infra agemus.

Athenis servi Christiani noti non sunt. Altera ex parte

---

1) Velut Kautsky, Ursprung des Christentums, p. 339: „dass in der Gemeinde weder die Bildung, noch der Besitz vertreten sei." Cf. Steinmann, Skl. a. K. p. 50; Kiefl, o. l. p. 143.

2) Steinmann, l. l.

3) Facio cum Ramsay; de quo (Expositor [1900] p. 102) Bachmann (o. l. p. 17) annotat: „Ramsay glaubt aus den Namen, die in I begegnen, und aus dem ganzen Ton des Briefes schliessen zu dürfen, dass ein grosser Teil der Gemeinde aus wohlhabenden Gewerbetreibenden bestand, die z. T. Freigelassene, z. T. noch Sklaven waren; seien sie auch nicht etwa die Mehrheit, so doch der soziale Kern der Gemeinde gewesen. Uebrigens liesse sich in diesem Fall auch am leichtesten die Häufigkeit von Rechtsstreitigkeiten unter den Gemeindegliedern begreifen."

4) Cf. Lightfoot, Philippians [^{18}1913] p. 57: „It can hardly have happened, that the Apostle's mission had never before crossed the path of a slave; yet is it a significant fact, illustrating the varied character and typical import of this chapter of sacred history, that the divining girl at Philippi is the earliest recorded instance, where his attention is directed to one of these „live chattels". Praeterea vide infra p. 112.

5) Cf. de his tribus ecclesiis: Deissmann, Paulus, pp. 144 sq.

6) Vide infra G. V.

Dionysius quidam Areopagita, de quo mentio fit, ibi in numero Christianorum erat (Act. 17^{34}).

Quod ad Hierosolyma, Apostolorum temporibus ecclesia ibi pauperrima erat [1]. Rhode sola ancilla ibi nota est.

C. Quae opera faciant servi in N. To. commemorati.

Quod attinet ad opera, quibus servi, in N. To. commemorati, funguntur, haec sola annotanda videntur.

Servus, qui in agricultura adhibetur, reperitur Lc. 17^{7}; quem servum ab agro domum revertentem dominoque servientem fortasse unicum dominus, in hac similitudine a Iesu allatus, habebat. Mt. 13^{28} servi rustici rogant dominum, numne etiam herbae inutiles sibi colligendae sint.

Servorum in horticultura et vinicultura occupatorum, in N. To. mentio non fit, neque eorum, qui pastores erant, etsi saepe inter eiusmodi homines servi inveniebantur.

Servi, qui mercaturam faciunt, in similitudine domini peregrinantis commemorantur (Mt. 25^{14-31}; cf. Lc. 19^{12-27}). Eiusmodi servi suo nomine domino absente res pecuniarias tractabant [2].

Neque in industria in rebus manu faciendis posita servi, in N. To. allati, non adhibebantur, non multo tamen plures numero quam ingenui. Diiudicari saepe non potest, de utris agatur. Fieri potest, ut servi nonnulli fuerint inter fullones (Mc, 9^{3}), coriarios (Act. 10^{6}), argentarios (Act. 19^{24}), figulos (Rom. 9^{21}), aerarios (II Tim. 4^{14}), stabularios (Lc. 10^{35}), quamquam nusquam ipsis verbis indicatur.

De feminis molentibus in mola agitur Mt. 24^{41} et Lc. 17^{35}, quod ad opus ancillae quoque adhiberi poterant.

Saepissime ad munera privata assumebantur. Homines pauperes uni servo omnia mandabant, quae facienda erant (cf. Lc. 17^{7}), ditiores domini ad singula officia singulos servos habebant, a quibus adiuvabantur sive domi suae versantes, sive exeuntes. E quibus ianitores (Mc. 13^{34}; Io. 10^{3}) et ostiariae (Io. $18^{16.17}$; cf. Act. 12^{13}) commemorantur. Ad nuptias amici domini a servis invitabantur (Mt. 22^{3}), filius, qui domum reverterat, a servo veste indutus est (Lc. 15^{22}), servi in cena ministrabant (Lc. 22^{24}); ἀρχιτρίκλινοι quoque Io. $2^{8.9}$ commemorati, servi fortasse fuerunt.

Iuxta hos servos privatos homines in N. To afferuntur, quorum opera interdum servis publicis obvenirent. Tales sunt ministri iudicum, qui homines condemnatos poenis afficerent (πράκτωρ Lc.

---

[1] Cf. Gal. 2^{10}; I Cor. 16^{1-4}; II Cor. 8; Rom. 15^{25}.

[2] Cf. J. Marquardt, Das Privatleben d. Röm. I [[1] 1879], pp. 159—162; H. Blümner, R. P. A. p. 639.

12^{58}, ὑπηρέτης Mt. 5^{25}, cf. Act. $16^{22.23}$), vel torquerent (βασανιστής Mt. 18^{34}, qui idem fortasse δεσμοφύλαξ erat) [1]). Qui tamen δεσμοφύλαξ Act. $16^{23.27.36}$ invenitur, homo liber fuisse videtur. Neque ministros (ὑπηρέτας) sacerdotum et Pharisaeorum (Io. $7^{32.45.46}$, $18^{3.12.18.22}$, 19^{6}; Act. $5^{22.26}$), cum Io. 18^{18} δούλοις opponantur, servos fuisse verisimile est.

D. Quae opera faciant homines liberi in N. To. commemorati.

Postquam indicavimus, quibis locis in N. To. de servis mentio fiat, restat, ut quaeramus, quem locum hominum liberorum opera obtinuerint. Quod ad universam quaestionem, refero ad ea, quae supra [2]) de hac re allata sunt. In N. To. quoque sermo est de μισθωτοῖς, μισθίοις, ἐργάταις. Pater Iacobi et Ioannis in nave sua remanet cum μισθωτοῖς (Mc. 1^{20}); plerique vero in agricultura adhibebantur [3]): in similitudine filius prodigus secum reputat: πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύονται ἄρτων . . . . ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου (Lc. $15^{17.19}$). Μισθωτῷ anteponitur ὁ ποιμὴν ὁ καλός (Io. $10^{12.13}$). Mt. 20^{1} μισθοῦνται ἐργάται, ut in ἀμπελῶνι opera faciant [4]). Ἐργάτης dignus esse cibo (τροφή Lc. 10^{7}) et mercede (μίσθος I Tim. 5^{18}) dicitur. Interdum cum messis facienda esset, pauciores operarios fuisse [5]) fortasse apparet ex Mt. 9^{37}: ὁ μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι (cf. Lc. 10^{2}). Quorum condicionem nonnumquam miserandam fuisse, probatur Iac. 5^{4}: ἰδοὺ ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν ὁ ἀφυστερημένος ἀφ᾽ ὑμῶν κράζει, καὶ αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα κυρίου σαβαὼθ εἰσεληλύθαν. Ei quoque, qui aediculas faciebant Ephesi, ἐργάται nominantur (Act. 19^{25}).

Iuxta hos operarios et mercennarios in N. To. complures homines inferioris condicionis commemorantur, quorum negotia nonnumquam a servis exerceantur. Ioseph est faber (τέκτων Mc. 6^{3}, Mt. 13^{55}), Paulus σκηνοποιός (Act. 18^{5}), cuius ὁμότεχνος Aquila erat (Act. 18^{3}). Petrus et Andreas piscabantur in mari Galilaeae (Mc. 1^{16-18}), aeque ac Ioannes et Iacobus (Mc. $1^{19.20}$).

---

1) Vide infra p. 106.
2) Supra pp. 58 sq., 61—65.
3) Cf. Blümner, R. P. A., pp. 533—589 („Die Landwirtschaft"), ubi p. 533 alia opera enumerantur; M. Weber, i. v. Agrargeschichte (in: Hwb. Staatsw.) ³pp. 91—171; Chapot, o. l. p. 1269, 1271; Schubart, E. P. pp. 403—414.
4) Cf. Schubart, E. P. p. 429: „Miete freier Arbeiter setzt auch Matth. 20, 1 ff. voraus, wie denn das N. T. in vieler Richtung die Papyri beleuchtet."
5) Cf. Blümner, R. P. A., pp. 539, 550.

E. Quot servi in ecclesia antiquissima fuerint.

Quod in universum attinet ad rationem, quae intercedebat numero ingenuorum cum servorum in ecclesiis antiquissimis Christianis, faciendum non esse videtur cum iis, qui, freti iudiciis virorum rerum civilium imprimis peritissimorum, quales sunt Maurenbrecher, Kalthoff, Kautsky, religionem Christianam ex inopiis et miseriis hominum infimorum ortam esse iudicent [1]), neque cum iis, qui egenos longe maiorem partem Christianorum antiquorum effecisse arbitrentur, et cum Deissmanno [2]) „die unteren Schichten" in ecclesia Christiana nascenda et crescenda maximi momenti fuisse putent [3]).

Contra illos iam v. Harnack [4]) probavit, in ecclesia Christiana condenda et formanda egestatem, famem, molestam vitae condicionem non multum valuisse, neque Christianos antiquissimos id spectavisse, ut egenos ad seditiones incitarent, neque postea naturam ecclesiarum Christianarum mutatam esse.

Contra opinionem Deissmanni commemoranda sunt, quae Kiefl [5]) scribit: „Denn die von ihm mit faszinierendem Eindruck betonten Tatsachen zeigen nur, dass es im Römerreich untere soziale Schichten gegeben hat, und dass Deissmann damit an vielen peripherischen Punkten des Neuen Testamentes dem Texte Plastik

---

1) Cf. R. von Pöhlmann, Geschichte der sozialen Frage und des Sozialismus in der antiken Welt [2]II, p. 607: „Das [i. e.: „sich in einen direkten Gegensatz gegen die bestehende Staats- und Gesellschaftsordnung zu setzen"] verbot Jahrhunderte hindurch schon die eiserne Festigkeit dieser Ordnung und noch mehr der Umstand, dass seit dem Ende des 2. Jahrhunderts das Christentum, das bis dahin ganz überwiegend eine Religion von Sklaven, Freigelassenen, Proletariern und Kleinbürgern gewesen war, infolge der gewaltigen Suggestivkraft der Christusmystik und der christlichen Heils- und Unsterblichkeitsgewissheit, sowie infolge der zunehmenden kritischen Wehrlosigkeit der gebildeten Oberschicht auch in den höheren Klassen zahlreichere Anhänger fand."

2) Cf. A. Deissmann, Das Urchristentum und die unteren Schichten [[2]1908], imprimis pp. 26 sq., 30—32.

3) Steinmann, Skl. a. K. pp. 49—56 recte quidem exposuit, homines nobiles et locupletiores non omnino defuisse, neque is numerum hominum infimorum in maius non auget; cf. praeter ea, quae de Corintho scripsit (vide supra p. 95) p. 54: „Trotzdem aber bleibt bestehen, dass die niederen Schichten, besonders die Sklaven einen ganz beträchtlichen Bruchteil der Mitglieder der jungen Kirche gebildet haben."

4) v. Harnack, Der proletarische Charakter des Urchristentums. Offener Antwortschreiben an Herrn Dr. Max Maurenbrecher, in: Aus Wissenschaft und Leben, II, pp. 175—182.

5) F. X. Kiefl, Die Theorien des modernen Sozialismus über den Ursprung des Christentums, [1915], p. 39.

und Leben zu geben verstanden hat. Von da aus bis zu der These, dass die weltumgestaltende Kraft des Christentums Erzeugnis dieser untersten Kulturschicht ist, gähnt ein Abgrund, den er vorläufig ebenso wie Kalthoff und Kautsky nur mit Phantasien ausfüllen konnte" [1]).

Quodsi inter Christianos homines modice locupletes primum obtinuerunt locum [2]), pauperes et egeni minorem partem effecerunt, sequitur, ut inter eos tales servi, qui pessima viverent condicione, multi non fuerint [3]). Sine dubio eiusmodi quoque servi in ecclesiis fuerunt, sed obliviscendum non est homines melioris vitae condicionis ne inter servos quidem omnino defuisse [4]). Universos

---

1) Cf. v. Dobschütz, Das Urchristentum im Lichte unserer Zeit (in: Th. Stud. u. Kritiken [1917] II, pp. 129—167) p. 157: „Er [i. e. Deissmann] glaubt, dass es sich im Urchristentum um eine Bewegung innerhalb der unteren Volksschichten handelt, also auch bei dem neutestamentlichen Griechisch um eine Sprachform der unliterarischen Kreise. Demgegenüber hat Joh. Weiss m. E. mit Recht darauf hingewiesen, wieviel „Gebildetes", ja philosophisch-schulmässiges sich in der Sprache eines Paulus findet." Cf. F. W. Grosheide, Bekn. Gramm. op het Gr. N. T. [1912], p. 13; Joh. Weiss, Aufgaben Nt. Wiss. p. 10.

2) Contra Troeltschium, quem v. Harnack (Das Urchristentum und die sozialen Fragen, Aus Wiss. u. Leben, II, pp. 253—276) sentire refert: „dass es sich naturgemäss hauptsächlich an die Gedrückten und Kleinen wendete und daher zunächst eine an die Gedankenwelt und den Gefühlskreis der unteren Klassen sich richtende Volksbewegung hervorrufen musste" (p. 258), v. Harnack ipse ponit: „[Ich vermag] Troeltsch nicht vollkommen recht zu geben, ... man muss weiter gehen . . . . . fast alles zeigt eine unverächtliche mittlere Bildung" (p. 260). Neque litteras Christianas vulgares esse, „mit allen Eigentümlichkeiten der Volksüberlieferung", sed habendas esse „Reflexionskultur", et ea opera comprobare „dass die Heidenkirchen ein rein „naives" Stadium in ihrer Geschichte gerade am Anfang nicht besessen haben" (p. 264).

3) Quod a Kautsky quoque conceditur, quippe qui numerum servorum collatum cum numero proletariorum liberorum non magnum fuisse putet, cuius vide verba a Kieflio (o. l. p. 148) allata: „Das Christentum ist von Anfang an vornehmlich eine Religion des freien Proletariats gewesen. Bei aller Annäherung blieb aber zwischen diesem und den Sklaven im Altertum stets eine Differenz der Interessen bestehen. Die freien Proletarier überwogen von vorneherein in der Gemeinde (439)". Cf. quae Kiefl (pp. 148—154) de Max Webero (Wahrheit pp. 57 sqq.), et de Troeltschio disseruerit.

4) v. Harnack (D. prolet. Char., pp. 178 sq.) concludit: „dass der kleine Mittelstand, und die obere Schicht der Arbeiter und Sklaven — dass auch die Sklaven in sehr verschiedene Schichten zerfielen, steht fest — die Majorität in den Gemeinden gebildet haben . . . Wer der christlichen Gemeinde beitrat, war damit dem Proletariat — das Wort im strengen Sinne genommen — entrückt. Das ist m. E. der Sachverhalt. Von hier

servos utique minorem partem Christianorum effecisse, verisimile est.

F. Quid de servitute Iesus iudicaverit.

Locis, quibus in N. To. servitutis mentio fit, perlustratis, inquirendum est, quid de servitute Iesus et Apostoli censuerint. Cum ea, quae e vita et e factis Iesu nota sunt, imprimis ad Palaestinam, ea, quae Paulus ceterique Apostoli fecerunt atque scripserunt, pleraque ad alias gentes spectent, primum de Evangeliis, deinde de Actibus Epistulisque Apostolorum agere videtur aptissimum.

I. Quibus servis Iesus occurrerit.

Inter eos, qui consuetudine cum Iesu coniuncti erant, nobiliores ditioresque nonnulli inveniuntur, magna ex parte tamen homines simplicium vitae condicionum erant, nam non modo Iesus ipse in domo fabri educabatur, sed etiam discipulos e piscatoribus quattuor elegit, postea saepissime cum hominibus pauperibus commercium habebat.

Inter eos tamen, quos Iesus noverat, servi non multi inveniuntur, id quod mirum non est, si consideramus servitutem iis temporibus in Palaestina permagni non fuisse momenti, minime apud Iudaeos ipsos [1]). Duo tantum noti sunt: servus ἑκατοντάρχου et Malchus.

De servo ἑκατοντάρχου cuiusdam, Capharnaum habitantis, narrant Matthaeus (8^{5-13}) et Lucas (7^{1-10}). Non ab omnibus hodie conceditur, Matthaeum de servo agere. Primo nonnulli [2]) contendunt cum his locis Io. (4^{46-51}), ubi sermo est de filio βασιλικοῦ cuiusdam, cohaerere, quod apud Matthaeum παῖς ἑκατοντάρχου, apud Lucam δοῦλος (7^{7} παῖς) ἑκατοντάρχου sanatus esse narretur.

Nos tamen facimus cum iis, qui putant, Ioannem ad aliam

---

aus gesehen ist es nicht von wesentlicher Bedeutung, festzustellen — selbst wenn wir es könnten! — wieviel Freie und wieviel Unfreie, wie viele Handwerker und wieviel ganz Arme in den Gemeinden waren."

[1]) Cf. supra pp. 49—51.

[2]) Vide J. Wellhausen, qui (Comm. in Mt. ad l.) de hac narratione: „Sie variiert," inquit, „bei Mt und Lc und findet sich in einer andern Form im vierten Evangelium (Joa 4^{46-54}) indessen nicht als das erste, sondern als das zweite Wunder Jesu." Quin etiam resurrectionem filiae Iaïri [Mc. 5^{22} = Lc. 8^{41}] Wellhausen confert: „der Unterschied zwischen Tochter, Sohn (Joa) oder Knecht bedeutet nicht viel." Cf. W. Bauer, Hb. N. T. II, 2, ad Io. 4^{46-51}; Holtzmann, Handc. z. N. T. I, 1 [[3]1901] in Mt. 8^{5-13}); J. Weiss (Comm. in Mt.): „Der „Knabe" wird von Johannes (4^{46}) als „Sohn" aufgefasst, gemeint ist aber ein persönlicher Diener, ein „Bursche"."

curationem spectare [1]). Cum Ioannes de servo non agat, locus Ioanneus hic mittendus est.

Deinde alii sunt, qui discrimen aliquod statuunt inter narrationem Matthaei et Lucae [2]). Iudicant Mt. agere de filio, cum is semper hic usus sit vocabulo, quod est παῖς. Sed παῖς saepissime servum, neque eum semper servum nondum adultum, significat, et in V. To. et in N. To. et alibi παῖς τινος fere semper (tantummodo Io. 4^{51} filium notat) servum alicuius indicat [3]). Nihil igitur mirandum est, eundem hominem modo δοῦλον, modo παῖδα nominari, id quod Lucae quoque verbis efficitur (δοῦλος $7^{2.3.10}$, παῖς 7^{7}).

Matthaeum ad eandem rem spectare ac Lucam, negari non posse mihi videtur. In utraque narratione de servo ἑκατοντάρχου sermo est [4]).

Verba Matthaei et Lucae, inter se composita, docent ἑκατόνταρχον, qui in urbe Capharnaum habitabat, a Iesu petivisse ut servum suum, qui paralyticus esset et moribundus, sanaret. Apud Lucam seniores Iudaeorum a centurione ad Iesum mittuntur, qui centurionem valde laudant. Iesus respondet se venturum et servum sanaturum esse (Mt.) [5]), et cum Iudaeis proficiscitur (Lc.). Quo

---

1) Velut Keil, Wichelhaus-Ad. Zahn. Discrimina sunt: 1um. Io. υἱός (semel παιδίον, semel παῖς) et πατήρ, Lc. δοῦλος (semel παῖς), Mt. παῖς; 2um. Mt. et Lc. ἑκατόνταρχος, Io. βασιλικός; 3um. Apud Mt. et Lc. centurio non vult Iesum domum suam intrare, apud Io. regulus ἠρώτα ἵνα καταβῇ; 4um. Apud Mt. et Lc. Iesus ipse primo ad servum ire coepit, apud Io. Iesus non proficiscitur, sed regulo dicit, filium vivere.

2) Cf. Holtzmann, o. l. p. 65: „Während über den παῖς = נַעַר der Quelle wenigstens bei Mt. als Sohn gedacht scheint (doch steht das Wort Mt 12^{18} 14^{2} auch für Diener) hat ihn Lc als δοῦλος gefasst". B. Weiss (in Comm. Meyeri in Mt. [9 1898]): „es hier so [= Knecht] zu nehmen, verbietet v. 9" [nonne mendum est priori fortasse editioni debitum, Weissium ad Mt. 8^{13} annotare: „In der Stunde noch, in welcher Jesus jene Worte sprach, ward der Sklave geheilt"?].

3) Cf. Zahn (Comm. in Mt. 3 p. 339^{10}).

4) Cf. de Wette, J. P. Lange, Wichelhaus-Zahn, Th. Zahn, ad l.

5) Verba q. s. ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν nonnulli viri docti (cf. Zahn, Klostermann, R. H. Woltjer, W. G. W. M. p. 97^{4}) enuntiatum interrogativum esse censent: „Moet ik — een Jood — komen — in het huis van een heiden — en hem genezen?" Argumenta afferuntur: „èn om ἐγώ, èn om het volgende antwoord van den hoofdman, èn omdat Jezus inderdaad niet komt" (Woltjer l. l.). Sed monendum est, centurionem, cum [per nuntios, Lc.] audivisset Iesum in animo habere ad servum venire, [per amicos, Lc.] respondisse, se tali honore indignum esse, et verbum Iesu sufficere ad eum sanandum, sicut verbum centurionis sufficeret militibus et servis. Lucas, qui copiosius rem tractat, ipsis verbis narrat: ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς. Cum tamen Iesus prope domum venisset, et verba centurionis [per amicos allata] audisset, constitit.

honore se dignum non esse arbitratus, centurio alios misit, qui Iesum rogarent, ne domum suam intraret. Quo audito Iesus postquam prope domum centurionis venit, servum sanat.

Centurionem alios servos non habuisse verisimile non est [1]). De servo ipso non multa comperimus. Cum autem centurio vir „φοβούμενος τὸν θεόν" fuisse videatur (cf. Mt. 8^{10}, Lc. $7^{5.9}$), et servi Iudaei dominis peregrinis hisce temporibus raro servirent, puto hunc quoque servum paganum, fortasse proselytum fuisse. Ceterum eius condicionem optimam fuisse, eum domino carissimum fuisse, ex toto tenore loci apparet. Etiamsi Lucas verba, q. s.: ὃς ἦν ἔντιμος αὐτῷ non addidisset, id narratione ipsa probaretur. Quae autem erga servum clementia optime congruere videtur cum ceteris rebus, quae de servorum in Palaestina condicione nota sunt. De eiusmodi hominis condicione servili Iesum nihil dixisse mirum non est.

Altera ex parte tamen Iesus servum sanavit fide centurionis commotus. Seniores Iudaeorum Iesum precati esse videntur, non misericordia servi adducti, sed quia centurio ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξῃ τοῦτο (Lc. 7^{3}), propterea quod populum Iudaeum amaret et synagogam aedificavisset (Lc. 7^{5}). Neque de desiderio, neque de fide, neque de gratia servi quicquam audimus, quod fortasse mirum videtur, sed considerandum est, quid Iesus hoc miraculo spectaverit. Hominum enim ipsorum in hac narratione minus ratio habita est, cum Iesus praesertim indicare voluerit paulatim in locum populi Israëlitarum homines paganos venisse ad fidem Christianam accipiendam.

Deinde comperimus Petrum apostolum, cum Iesus comprehenderetur, aurem servi principis sacerdotum, cui nomen erat Malchus, abscidisse gladio (Mt. 26^{51} = Mc. 14^{47} = Lc. 22^{50} = Io. 18^{10}), quam aurem Iesum sanavisse. Cuius facinoris Petrum poenas dedisse non audimus, cum fortasse medio in tumultu non facile discerni posset, quis servum vulneravisset. Cognatum enim Malchi postea Petrum quidem agnovisse, sed solum eum rogasse: „nonne ego te vidi in horto cum illo?" (Io. 18^{26}), de auricula abscisa mentionem fecisse nullam. Apologetae dicunt Marcum (qui nomen Petri non

---

[1]) Cf. B Weiss (Comm. in Mt. 8^{9}): „Dass er zu gleichem Zweck hier auf seinen Sklaven (τῷ δούλῳ μου) verweist, zeigt klar, dass das nicht der war, für den er bitten kam" et (in Lc. 7^{8}): „Bemerke, wie hier der Hauptmann nur einen Privatsklaven hat (τ. δουλ. μ.), während nach v. 2 offenbar mehrere, da der Kranke von ihm besonders geschätzt war". Cf. Alford (Comm. in Mt. l. l.): „but one slave"; J. P. Lange (in Mt): „ohne Zweifel hatte er nur diesen einen vortrefflichen Hausknecht". Omnis tamen difficultas aufertur, si interpretamur verba, q. s. „τῷ δούλῳ μου" generatim atque universe dicta esse.

affert) in suo Evangelio servum a Petro vulneratum esse scribere ausum non esse, Ioannis tamen temporibus scribi potuisse [1]). Malchum servum publicum et Iudaeum habendum esse aeque atque alios servos et ancillas summi pontificis (cf. Lc. $22^{58.59}$, Io. $18^{18.26}$), verisimile est [2]). Ceterum haec res non multum ad sententiam Iesu cognoscendam affert.

Nusquam alibi traditum est, Iesum cum servis congressum esse. Vita igitur Iesu pauca tantum exhibet, quae indicent, quomodo se in servos gesserit. Paulo plura e dictis Iesu cognoscere possumus, in quibus multae parabolae primarium obtinent locum. Cum Iesus materiam ad has similitudines subiectam saepe e vita cotidiana sumpserit, ex iis multis modis scientia nostra augetur.

II. De servis a Iesu in similitudinibus commemoratis.

Primum nonnullae sententiae breviores tangendae sunt. Apud Matthaeum (6^{24}) et apud Lucam (16^{13}) leguntur haec: Οὐδεὶς (+ οἰκέτης Lc.) *δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, κτλ.* Primo obtutu huic proverbio repugnare videntur, quae scripta sunt Act. $16^{17.19}$: *οἱ κύριοι αὐτῆς*, i. e. ancillae Philippensis, quae *πνεῦμα πύθωνα* habebat, et ea, quae nunc nota sunt de servis, qui plures habebant dominos. Corrigendus igitur videtur Joh. Weiss annotans ad locum: „selbst wenn dies rechtlich möglich wäre, so wäre es doch innerlich undurchführbar" [3]). In iure enim domestico Aegyptio eiusmodi servos communes ignotos non fuisse, Pap. Oxy. IV 716 (anni 186 p. C. n.) probatur [4]), ubi quattuor domini unius servi nominantur, e quibus unus suam partem servi manumittere vult [5]).

---

1) Cf. Klostermann (ad Mc. 14^{47}).

2) Cf. supra p. 97.

3) Cf. B. Weiss, Comm. in Mt. ad l.: „Das Gleichniss ist hergenommen vom Sklavenverhältnis, dem es eigenthümlich ist, dass der Herr eine unbeschränkte Verfügungsgewalt über den Sklaven hat, die jede Teilung zwischen Zweien ausschliesst."

4) Cf. praeterea Pap. Oxy. 722 (a. 91 vel 107 p. C. n.); Pap. Edmondstone (a. 354 p. C. n.); B. G. U. I 96 (fragm. IIIi p. C. n. saeculi).

5) Cf. L. Mitteis, Ueber die Freilassung durch den Teileigentümer eines Sklaven (in: A. P. III [1906] pp. 252—256), qui docet etiam in iure Romano posteriore de servo communi manumisso sermonem esse (Iustinianus c. unica c. 7. 7.) etsi nonnulla discrimina sint, quae probent „dass der Rechtsfall obiger Urkunden [i. e. Pap. Oxy. 716, 722] im Reichsrecht keine Wurzel haben kann; abgesehen davon, dass es sich in denselben nicht um Römer handelt, kann nicht einmal von einer analogen Anwendung eines für die Römer hier allgemein geltenden Rechtsatzes die Rede sein. Eher liesse sich daran denken, dass jene Behandlung der Soldatentestamente und die daran sich schliessende Rechtsbildung einer in den hellenistischen Provinzen schon vorlängst geltende

Quae autem Steinmann de hac re agens, annotat [1]): „Dieser Fall vermag gegen unsere Erklärung des Herrnwortes nichts auszutragen. Ganz abgesehen davon, dass der Rechtsfall jener Urkunde im Reichsrecht keine Wurzel hat, bilden doch eben sämtliche vier Geschwister den einen Herrn des Sklaven. Ein zweiter Herr ist ausgeschlossen", ea minus recta esse puto. Servus enim, de quo sermo est, quattuor hominibus obtemperare debebat, qui singuli sua auctoritate apud servum uti poterant. Alio modo verba Christi explananda esse videntur. Agitur enim de οἰκέτῃ, servo igitur domestico, qui semper una cum domino in isdem aedibus habitat. Etsi alii dominio eius utuntur, in rebus domesticis tamen uni tantum domino servo oboediendum est, haud aliter atque iis servis, qui a domino locantur, ut apud alterum opera faciant. Deinde hic sermo est de duobus κυρίοις, qui alter alterum excludunt, quorum potestas est immoderata.

Mt. $10^{24.25}$ = Io. 13^{16}, 15^{20}: οὐκ ἔστιν . . . δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ (μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ) ἀρκετὸν . . . ἵνα γένηται . . . ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. Quae verba, quasi proverbium laudata (Io. 15^{20}), quibus Iesus usus est ad animos discipulorum confirmandos, docent, Christum naturae rationes, inter servos et dominos intercedentes, non solum non vituperasse, immo cum rationibus inter discipulum et magistrum (οὐκ ἔστιν μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον Mt. 10^{24}), inter hominem mittentem quendam et virum missum (Io. 13^{16}) intercedentibus, composuisse.

Postea (Io. 15^{15}) Iesus dicit, discipulos non iam servos vocandos esse, ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδεν τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος.

Iam ad similitudines ipsas transeamus [2]), in quibus de servis mentio fit.

a. De servo inclementi (Mt. 18^{23-35}).

Sermo est de rege ministros habente, qui pro eo mercaturam faciant vel alio modo pecuniam administrent [3]), quam a rege mutuam

allgemein verbreiteten Praxis angegliedert sind." Cf. Mitteis, Grundr. II, 1, pp. 272 sq.; E. Weiss, Communio pro diviso und pro indiviso in den Papyri (A. P. IV pp. 330—365); G. Bortulocci, Studi Romanistici [1906] (quem laudo ex A. P. IV p. 213); Schubart, E. P. p. 466.

1) Steinmann, Skl. a. K., p. 16.

2) Vide in universum praeter libros commentarios ad locum: Fonck, Die Parabeln des Herrn im Evangelium [1902]; Jülicher, Die Gleichnisreden Jesu [2 1910]; P. Fiebig, Altjüdische Gleichnisse [1904]; Heinrici, i. v. „Gleichnisse" in H. R. E.3 VI pp. 688 sqq.

3) B. Weiss ad l.: „In welchem Verhältnis der Knecht die Schuld kontrahirt hatte, bleibt ganz dahingestellt . . . ., da dem orientalischen Despoten gegenüber alle seine Beamte Knechte sind." Holtzmann,

acceptam, ei reddant. Dubium est, utrum hi ministri servi proprie dicti fuerint, an cives regis imperio subiecti [1]). Facio cum iis, qui putant [2]) de servis hic agi, primum quia δοῦλος hic opponitur vocabulo q. e. κύριος (vss. 25, 27, 31, 32, 34), deinde cum ea, quae dominus deinceps fecit, melius quadrent in servum quam in hominem ingenuum: huius enim multo difficilius est poenam augere quam illius.

Unus autem ex his servis ignota de causa solvendo non est, quam ob rem rex eum cum uxore liberisque et cum omnibus rebus, quas habet, ad summam pecuniae solvendam vendere decernit. Etsi pecunia, qua debitor eiusque possessiones venibant, creditori obveniebat, tamen hac venditione debita exsoluta non erant; quae cum utique maiora essent, quam ut solvi possent, mirum non est dominum ira inductum servum vendidisse, ut fortasse condicio eius multo miserabilior fieret.

Sed magnopere precanti servo rex concessit, ne veniret, et magna clementia adductus, aes alienum ei condonavit.

At servus, cum obviam veniret conservo cuidam, qui ei debebat multo minorem pecuniam quam ipse regi antea debuerat, hunc hominem prehendens eiusque fauces arripiens (ἔπνιγεν), postulavit, ut sibi pecuniam redderet. Debitorem quamvis clementiam invocantem in vincula conici iussit, donec summam debitam sibi reddidisset.

Quae cum rex audisset, servum inclementem τοῖς βασανισταῖς tradidit, quoad omnem pecuniam, quae ei initio condonata esset, solvisset.

Etsi in hac similitudine de servo debitore agi videtur, in quem domino et regi multa, quae in hominem ingenuum vetita sunt, facere liceat, tamen iis poenis, quae hic commemorantur, debitores quoque liberi, qui solvendo non erant, afficiebantur: fieri enim poterat 1um ut cum uxore, liberis, bonis in servitutem veniret, 2um ut in vincula coniceretur, 3um ut τοῖς βασανισταῖς traderetur.

---

ad l. hos ministros „Kassenverwalter, Pächter" nominat. Saepius apud antiquos eiusmodi homines inveniuntur, qui ea pecunia, quam a creditore quodam accepissent, negotium gererent. Inter quos servi quoque saepe fuerunt (vide supra p. 96).

1) Wellhausen ad l.: „mehr oder weniger vornehme Beamte, die ihm den fest bestimmten Ertrag ihrer Aemter schulden . . . Oberpräfekten". Contra J. Weiss ad l. hanc opinionem: „in wirtschaftlicher Hinsicht nicht ganz überzeugend" iudicans, „ein König," inquit, „der 41 Millionen verleiht und dann so leicht fahren lässt, ist undenkbar, auch wenn man bei den Knechten an Ober- und Unterbeamte denkt, die dem König die Steuererträge des ihnen unterstellten Bezirks abgepachtet haben." Magna quidem summa pecuniae est; sed dubito an ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων h. l. reddendum sit: qui ei debebat innumerabilia talenta. Ceteri quoque N. Ti. loci, ubi vox q. e. μύριοι legitur, hanc significationem exigunt: I Cor. 4[15]: μυρίους παιδαγωγούς, et I Cor. 14[19]: μυρίους λόγους.

2) Velut Zahn, Comm. ad Mt., [3]p. 583.

Ad 1um. Supra [1]) eiusmodi in servitutem venditionis mentionem fecimus, quae apud Iudaeos quoque inveniebatur, etsi legibus [2]) vetita erat; apud alias gentes etiam magis in usu erat [3]).

Ad 2um. Aliter res se habebat, si summa, quam quis debebat, magna non erat. Creditor, si iure Romano agit, ei manum inicit, praetori tradit, postulat ut in carcerem coniciatur, quo ad aes alienum reddat [4]). Hac autem ratione servus regius in debitorem animadvertit: κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγεν . . . . ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν ἕως ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον.

Ad 3um. Quod ad tertium, illi βασανισταί quidnam fuerint non constat. Saepe βασανισταί tortores quaestionarii sunt [5]). Alii tamen contendunt verba q. s.: παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς nihil aliud significare nisi eum in vincula conici iussum esse; βασανιστάς fere eosdem esse ac δεσμοφύλακας, de quibus Act. 16^23.27.36 sermo sit, vel ὑπηρέτας (Mt. 5^25), πράκτορας (Lc. 12^58) [6]). Sed cum iis facio, qui putant hic de tortoribus agi [7]): poenam enim secundam, quae in servum inclementem constitueretur, graviorem esse oportebat quam priorem.

Tortores autem, qui antiquioribus Israëlitis ignoti fuerant, ab Herodibus in Palaestina adhibiti sunt [8]). Olim quoque interdum

---

1) Supra p. 43.

2) Ea enim, quae Lev. 25^39.47; Ex. 21^2; Ex. 22^3 praecipiuntur, ad aliam rem spectant (vide supra pp. 33—39). Cf. Deissmann, L. v. O. ^2.3. p. 194; Keil, B. A. ^2 p. 552.

3) Cf. supra pp. 68, 70 sq.

4) Cf. supra p. 71.

5) Cf. Moulton-Milligan, qui o. l. i. v. βάσανος reiciunt ad P. Lille I, 29^1.22 (III^i a. C. n. saec.): τῶν δε δούλων τῶν μαρτυρησάντων, οἱ δικασταὶ τὴν βάσανον ἐκ τῶν σωμάτων ποείσθωσαν κτλ. et ad Dittenberger, Syll.^2 356^12 (a. 6 a. C. n.): ἐξετάσαι προστάξας . . διὰ βασάνων, i. e. quaerere tormentis; et i. v. βασανίζω: P. Oxy. VI 903^10 (IV^i p. C. n. saec.), ubi de servis βασανιζομένοις, qui torquentur, sermo est. Cf. Demosthenes, p. 978, 11; IV Macc. 6^11; Apocal. Petr. 23: ἄγγελοι βασανισταί, cf. Dieterich, Nekyia, p. 4.

6) Inter recentiores Klostermann (Hb. N. T. II 1, ad Mt. 18^34): „hier, da Folterqualen doch kaum am Platze sind, vielleicht entsprechend 5^25 = Lc. 12^58 nur Kerkermeister? Sonst mit Anspielung auf die Höllenqualen"; cf. de Wette, Holtzmann, ad l.

7) Nomino Luther, Keil, B. Weiss, Lange, Alford; cf. Wellhausen ad l.: „daher namentlich die Folterung, welche im Orient regelmässig gegen ungetreue oder in der Ablieferung der Steuer saumseligen Statthalter angewendet wird, um die zu fordernde Summe von ihnen selber — wenn sie sie auf die Seite gebracht haben — oder von ihren Verwandten und Freunden zu erpressen". Cf. Fonck, Parabeln p. 644; Steinmann, Skl. a. K. p. 17.

8) Cf. Ios. B. I. I, 30^2.3.

fiebat, ut debitores, qui solvere non possent sive nollent, tortura cogerentur aes alienum reddere; apud Livium [1]) nexus quidam ob aes alienum dicit: „ductum se ab creditore non in servitium, sed in ergastulum et carnificinam esse, et Livius addit: „inde ostentare tergum foedum recentibus vestigiis verberum." Opus non esse videtur ita locum explanare, ut ad poenas infernales spectet [2]).

Ea igitur, quae in hac parabola narrantur, vero fundamento non carent, et verisimile est, Iesum tyrannum orientalem ante oculos habuisse [3]). Apparet deinde, Iesum commemorasse severum ius ad aes alienum pertinens, neque tamen vituperasse.

b. De servis rei domesticae administratoribus (Mt. 24^{45-51} = Lc. 12^{42-46}).

Agitur hic de οἰκονόμῳ fideli et prudenti, a domino praeposito τῇ οἰκετείᾳ (Mt.) vel τῇ θεραπείᾳ (Lc.) ut servis suo tempore victum det [4]). Sed de malo quoque servo sermo est, qui, abusus domini absentia, percutere conservos (Lc. τοὺς παῖδας καὶ τοὺς παιδίσκας), edere, bibere, ebriari incipit. Hora tamen improvisa dominus veniet et διχοτομήσει αὐτόν.

Verbum quod est διχοτομέω, varie explanatur. Si vocem ad litteram vertimus, est: „in duas partes concidere". Sunt tamen, qui leniorem significationem huic voci attribuunt [5]), putantes vim verberandi hic in verbo inesse [6]). Nonnulli intellegunt: „eum a servis separabit" (Beza, Grotius, alii), alii: „dona spiritualia adimet" („er wird ihm die geistlichen Gaben nehmen") (Basil. Theophyl.), alii

---

1) Vide Liv. II, 23[6].

2) Id quod i. a. fecerunt Meyer, Bleek, Keil („zunächst als Ausdruck des unbarmherzigen Gerichtes (Weiss), dann aber auch als Hindeutung auf den βάσανος der Gehenna, welchem der Unbarmherzige anheimfällt (Mey.)"), Klostermann ad l.; cf. Jülicher, Gleichnisreden, p. 309.

3) Cf. B. Weiss: „Dass gerade von einem solchen [sermo est de rege] das Gleichnis hergenommen wird, hat seinen Grund lediglich darin, dass nur ein solcher eine so schrankenlose Verfügungsgewalt über seine Knechte hat, wie sie die Erzählung voraussetzt, und eine so unbegrenzte Grossmuth üben kann."

4) Eiusmodi servi, qui aliis praeessent, saepius inveniebantur (vide supra p. 96).

5) Cf. titulum sepulcralem Lycaoniae III[i] vel IV[i] p. C. n. saec. (in: J. H. S. XXII [1902], pp. 369 sq.): ... τῷ διχοτομήσαντί με τοῦ πολυέτιον ζῆν, quae verba Moulton-Milligan, o. l. i. v. vertunt: „who cut me off from living through many years."

6) Nomino de Wette, Olshausen, alios.

putant Iesum hoc quoque verbo iam ad poenas infernales allusisse [1]).

Sed, iure opinor, recentiores [2]) fere omnes iudicant, causam non esse, cur vim vocis comminuamus. Apud antiquos interdum homines dissecabantur [3]) sive serra, id quod verbo q. e. πρίζειν [4]) significabatur, sive gladio [5]), sive aliis modis [6]). Minus recte igitur hic vertitur: serra dissecare, sed potius vertendum est: „in duas partes dissecare", „in frusta concidere" (Keil).

Lc. $12^{47 \cdot 48}$. In iis, quae Lucas addit, de servis verberandis mentio fit: ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος, ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ καὶ μὴ ἑτοιμάσας ἢ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ δαρήσεται πολλάς κτλ. Quae a quibusdam ad vs. 45 referuntur, etsi melius esse videtur iudicare, ea ad omnia, quae vss. 36—47 narrantur, spectare.

Apud antiquos Israëlitas homines interdum verberibus castigabantur [7]), id quod Graeci δέρειν vocant [8]), sed dissectos esse homines apud eos non commemoratur.

Neque in hac parabola Iesus se opposuit poenis, quae ab hominibus hodiernis gravissime vituperantur. Pingit, quomodo res se habuerint aetate sua, neque tamen moribus eorum temporum adversatur.

c. De talentis, ab homine peregrinante creditis (Mt. 25^{14-31}).

Dominus quidam proficiscens servis singulis pecuniam tradit, qua iis negotiandum et mercatura facienda erat, primo servo quinque, alteri duo talenta, tertio unum talentum. Illi aeque magnam pecuniam acquisiverunt, hic tamen talentum suum solo occuluit. Dominus cum domum redisset servosque ad se convocasset, eos, qui bene pro ipso lucrati essent, magnopere laudavit, tertium, qui

---

1) Iam hoc verbum ad poenas infernales spectare, verisimile non est; sermo enim non fuisset de morte servi. Utique iis, quae sequuntur: *καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν* (Lc. *ἀπίστων*) *θήσει· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων* probatur similitudinem ad allegoriam quae dicitur delapsam esse. Cf. Fonck, Parabeln p. 499; Jülicher, Gleichnisreden p. 153; Steinmann, Skl. a. K. p. 13; Zahn (Mt.) [3] p. 675.

2) Nomino B. Weiss, Holtzmann, Joh. Weiss.

3) Vide de poenis servorum Romanorum: Blümner, R. P. A. p. 294.

4) Cf. I Chron. 20^{3}; II Sam. 12^{31}; Amos 1^{3} (LXX) *(ἔπριζον πρίοσι σιδηροῖς)*; Hebr. 11^{37} *(ἐπρίσθησαν)*. Cf. Windisch, comm. ad l.; Sueton. Calig. 27: „medios serra dissecuit".

5) Cf. III Baruch 16: *διχοτομήσατε αὐτοὺς ἐν μαχαίρᾳ* (Moulton-Milligan, i. v. p. 165*b*).

6) Cf. Hom., *Ω* 409, *ι* 291, *σ* 339 *(μελεϊστὶ τάμνειν)*; Herod. II 139, VII 39 *(μέσον διαταμεῖν)*; Plato, Politeia p. 302 F; Polyb. 6. 28. 2; 10. 15. 5; cf. I Sam. 15^{33}, Dan. 2^{5}, 3^{29}.

7) Cf. Ex. $21^{20 \cdot 21}$, Deut. $25^{2 \cdot 3}$, Sir. 33^{25-30} (vide supra pp. 40 sq.).

8) Cf. Plato, Euthyd. 285*d*.

pecuniam creditam ne nummulariis quidem fenori dedisset, vehementer vituperavit. Praemia, quae servis fidelibus offeruntur (*εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου*) et poena, quae in servum pigrum constituitur, (*καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλετε εἰς τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων*) in hac quoque parabola ad ea, quae similitudine significanda sunt, spectant.

Nonnulla annotanda sunt. Eiusmodi servi, de quibus hic sermo est, apud antiquos saepius ad mercaturam faciendam adhibebantur [1]); qui quod ad statum civilem pertinebat, servi erant, sed in vita privata ac cotidiana non multum ab ingenuis differebant. Apparet pecuniam semper domini mansisse et servos pro eo solo egisse; omnia igitur, quae lucrati sunt, domino veniunt.

Deinde memorandum est, negotium hic tantopere laudari, non quod ipsum summum habendum sit, sed quia servorum fidelium et sedulorum industria, rerum, quae iis oblatae erant, optima cura, longe anteponenda est pigritiae servi, qui sciverit, se dominum austerum durumque habere. „Denn für den Knecht gibt es keine höhere Aufgabe, als dem Interesse des Herrn zu dienen, darin besteht seine „Treue". Dies der Kern des Gleichnisses". (J o h. W e i s s).

d. De rege decem servis singulas minas dante (Lc. 19^{12-28}).

Arte cum parabola antecedenti cohaerent [2]) ea, quae Lc. 19^{12-28} narrantur. Hoc loco similitudo tecte designat historiam regis, qui in terram longinquam peregrinatus est, ut ibi regnum acciperet. Primum (vs. 13) sermo est de decem servis, deinde de tribus tantum dicitur (vss. 16—26). Comparata cum priore de servitute nihil novi haec narratio docet.

e. De servis vigilantibus (Lc. 12^{35-40}; cf. Mt. 24^{42-44}).

In hac similitudine legimus servos dominum, ad nuptias profectum, exspectare iussos esse. Beati dicuntur, si a domino redeunte vigilantes inveniantur, qui *περιζώσεται καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς*. Postrema in narratione ipsa aliqua ex parte mira videntur. Causa enim non est, cur dominus eos hic tam generose tractet. Fabulam igitur ad id, quod significandum est, compositam esse verisimile est. Quod ad rem ipsam: dominum servis suis ministerium servile praestitisse, id a Luca (22^{27}) quoque significatur; praesertim quae Lc. $17^{7.8}$ legimus, conferenda sunt, ubi rationes usitatae describuntur (vide infra). Notum est, apud

---

1) Vide supra p. 96.
2) Vide Z a h n, Comm. in Lc. ad l. [1·2]pp. 628 sq.

Romanos Saturnalibus eiusmodi morem viguisse, et apud Graecos quoque nonnullis diebus festis servos partes dominorum egisse [1]).

f. De homine iter suscipiente (Mc. 13^{34-37}).

Hoc exemplo breviter comprehendi videntur parabolae de talentis et de servis vigilantibus agentes. Homo peregre proficiscens, servis singulis opera mandat et ianitori (τῷ θυρωρῷ) imperat ut vigilet. Qua similitudine item magis res ipsa significatur, quam ut veras rationes rerum explanare possit.

g. De servo inutili (Lc. 17^{7-9}).

Maioris momenti in servitute cognoscenda haec fabula est. Homo, mediocri vitae condicione usus, servum unicum habet, qui agrum arat et pecus pascit. Postquam vesperi servus domum rediit, quiescere ei non licet, antequam domino cenam paravit, et aliis in rebus ministravit. Tum demum servo ipsi ut edat et bibat concedit dominus. Quibus pro ministeriis is tamen servo gratiam non debet. Nam servus solum fecit id, quod eum facere oportebat. Servus per se inutilis est, ἀχρεῖος [2]).

Haec videntur de vita media sumpta esse; tales domini Iesu temporibus inveniebantur. „Das Gleichnis ist bemerkenswert durch die von aller modernen Gleichmacherei weit entfernte Beurteilung des Knechts- oder besser: Sklaven-Verhältnisses . . . . So ist es in der Welt, und Jesus fragt seine Hörer, ob sie das nicht ganz in der Ordnung finden. Das ist nicht ironisch gemeint, sondern ganz ernsthaft; Jesus denkt nicht daran, hier etwas ändern zu wollen" [3]). Quae Jülicher scribit [4]): „Der Jesus, der 7—9 spricht, ist nicht der Ethiker, sondern der Menschenkenner, der die Dinge beschreibt, wie sie damals waren, auch ohne Sentimentalität, auch ohne Uebertreibung des Sklavenelends", ita supplenda esse videntur, ut Iesus has rationes inter dominum et servum intercedentes contra naturam rerum esse non dixerit, quod si fecisset, eo exemplo in adumbrandis rationibus discipulorum secum usus non esset.

h. De vinitore (Mt. 21^{33-46} = Mc. 12^{1-12}, Lc. 20^{9-19}).

Non multum affert ad servitutem cognoscendam parabola, quae est de infidelibus vineae conductoribus, qui servos singulos domini necaverunt, quoad tandem ipse filium suum ad eos misit, quem

---

1) Vide supra pp. 41, 70.

2) δοῦλοι saepius ἀχρεῖοι vocantur; vide Mt. 25^{30}; cf. Deissmann, B. St. I, p. 63; Jülicher, Gleichnisreden II, p. 21; Moulton-Milligan, o. l. i. v., et i. v. δοῦλος.

3) Joh. Weiss, Comm. in Lc. ad l.

4) Jülicher, Gleichnisreden p. 16.

tamen eodem modo interfecerunt. Pleraque in hac similitudine spectant ad rem, quae comparatur et res humanas excedunt.

i. De rege frustra ad epulas invocante (Mt. 22^{2-14}; cf. Lc. 14^{16-25}).

Neque plura docet similitudo, quae est de servis missis ut vocent eos, qui a rege quodam invitati erant ad nuptias filii celebrandas. Cum venire nollent, dominus alios servos misit. Sed illi partim ad alias res abierunt, partim ipsos servos occiderunt, contumeliis affectos. Neque hoc intellegi potest, nisi res comparata ante oculos habetur. In parabola enim ipsa nulla causa esse videtur, cur servi necati sint. „Die Misshandlung der Knechte ist unverständlich" [1]).

j. De operariis in vinea opera facientibus (Mt. 20^{1-16}).

Etsi nonnumquam dominus servos habebat, quos locaret ad mercedem lucrandam, hoc in exemplo sermo esse videtur de liberis operariis, qui opere cotidiano perfecto, omnes eandem mercedem singulorum denariorum accipiunt. Ἐπίτροπος, qui mercennariis pecuniam solvit, fortasse ipse servus erat [2]), quamquam hoc ipsis verbis non indicatur.

k. De iniusto vilico (Lc. 16^{1-13}).

Vilici quoque interdum ex servis sumebantur [3]). Hic tamen homo liber fuit, nam aliter non timuisset, ne sibi fodiendum aut mendicandum esset (vs. 3).

III. Conclusio.

Iamnunc, rationibus, quae inter Iesum et servitutem intercedebant, singulis observatis, paucis complectenda sunt ea, quae singillatim exposuimus. Quae e vita verbisque Iesu innotuerunt, fere omnia ad mores et consuetudines Palaestinae spectant. Postquam capite II° vidimus, qualis servitus fuerit apud Israëlitas, in Evangeliis nonnulla invenimus, quae ad imaginem perficiendam usui essent. Ut unum afferam, condicionem servorum non eam fuisse, ut servitus summum esset malorum, multis locis iam apparuit. Servitutis imago, quam ex Evangeliis cognoscimus, haud multo alia esset, si de operariis liberis sermo fuisset. Hic illic tamen duriores commemorantur mores. Qui partim ex re comparanda sunt intellegendi, partim ad res peregrinas pertinent.

---

1) Klostermann, Comm. in Mt. 22^{6}.

2) Vide Gal. 4^{2}, ubi ἐπίτροποι iunguntur cum οἰκονόμοις, qui interdum servi erant, cf. Lc. 12^{42}; Xen., Oec. XII, 2, XXII, 9; Arist., Oec. I, 5.

3) Cf. Lc. 12^{42}.

Deinde e similitudinibus Iesu, quales traditae sunt, apparet Iesum omnino non id egisse, ut servos liberaret. Contra iis identidem tecte significavit, ut se subicerent imperio dominorum (cf. ad *g*), nec vituperavit dominos servos temporum moribus tractantes.

Quae praeterea ex Evangeliis colligenda sint, infra disseremus, postquam antea de Pauli imprimis opinione nonnulla inquisiverimus.

G. Quid de servitute Apostoli iudicaverint.

I. De ancilla Philippensi (Act. 16^{16-25}).

Ut in vita Iesu, ita etiam in vita Pauli Apostoli aliquoties de servis legimus. In Actibus Apostolorum (16^{16-25}) invenimus Philippis παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνα . . . . ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχεν τοῖς κυρίοις αὐτῆς μαντευομένη, quae Paulum comitesque eius subsequebatur. Quod aegre ferens Paulus, πνεῦμα πύθωνα ex ea exire iussit, quare domini eius tantopere irascebantur, ut eum cum Sila ad ἄρχοντας urbis Philipporum traxerint, et effecerint, ut virgis caederentur et in vincula conicerentur.

Causa cur Paulus spiritum ex ancilla expulerit, haec sola affertur, quod Paulus moleste tulerit (διαπονηθείς), ancillam per multos dies se sequi. Paulus sciebat, se curatione ancillae dominis magnopere nociturum, eorumque iram excitaturum esse, quippe qui usque ad id tempus ancillae divinandi arte usi multum ex ea lucrati essent (cf. vs. 19). Quae posthac fortuna ancillae fuerit, non apparet.

Unum hoc ex hac narratione effici potest, Paulum dominio non pepercisse in homine misero sanando.

II. De Onesimo.

Aliis quoque in urbibus Paulus cum servis congressus est. Imprimis nominandus est servus, cui nomen Onesimus, pro quo epistulam ad Philemonem scripsit Apostolus.

Onesimus, servus Philemonis Colossis habitantis, postquam dominum qualemcumque ob causam effugit, se ad Paulum contulerat, qui eo tempore sive Romae, sive Ephesi, sive Caesareis (id quod in hoc argumento minoris est momenti [1])), in carcere erat. Paulus, qui cum hoc servo amicitiam iunxerat, eum ad fidem Christi convertit. Censet tamen, Onesimum ad Philemonem redire

---

[1]) Apostolum tunc fuisse Romae, putat Ad. Jülicher, Einl. in das N. T. [$^{5.6}$1906] p. 111; Caesareis: J. M. S. Baljon, Comm. o. d. br. v. Paulus a. d. Thess. Ef. Kol. en aan Philemon [1907], p. 350; Dibelius (Comm. in Philem. $^{21.22}$, Col. $4^{13.14}$); Ephesi: Deissmann, Paulus, p. 12.

debere, cum iniuria effugisset, dominoque damnum dedisset. Sed apparet Paulum timere, ne Philemon servo irascatur gravesque poenas ab eo sumat, id quod Paulus ab amico prohibere cupit. Ei igitur litteras ad Philemonem dat, quibus domino supplicat, ut servum fugitivum benigne recipiat, et praesertim rationem habeat fidei eius Christianae et amicitiae, quae Philemonem cum Paulo coniungat. Philemonem enim et ipsum a Paulo apostolo ad fidem Christi conversum esse, quam ob rem Paulo magnam gratiam referre debere. Quin etiam se, si vellet, iure suo beneficium a Philemone postulare posse, quod tamen facere nolle. Se tantopere sperare atque exspectare, Philemonem nihilo minus facturum esse super id, quod dicat Paulus (*ὑπὲρ ἃ λέγω* (vs. 21)), ut promittat se brevi ad eum venturum esse, ut experiri possit, quidnam epistula effecerit.

Saepe in hac epistula explananda viri docti disputaverunt de rationibus inter religionem Christianam et servitutem intercedentibus. Iis, qui parvam hanc epistulam disputationem esse de servitute habitam putent, iure opponit Deissmann [1]): „Es ist eine Entgleisung des historischen Urteils nicht bloss, sondern auch des menschlichen Geschmacks, wenn man dieses köstliche Blatt als einen Traktat über die Stellung des Christentums zur Sklaverei bezeichnet hat. Da hat man aus Menschen Begriffe und aus einem vertrauten Briefchen ein Buch gemacht: Paulus ist unpersönlich geworden zum „Christentum", aus dem Sklaven Onesimus ist „die Sklaverei" geworden." Ipse diiudicat: „Ein Momentbild urchristlicher Seelenleitung ist dieser Brief; der ganze Zauber einer eigenartigen Persönlichkeit ist über diese Pauluszeilen ausgegossen: christliche Gesinnung vereint sich mit griechischer Feinheit und weltmännischem Takt."

Paucis perstringendum esse videtur, quid haec epistula in hoc argumento doceat. Legimus unum ex Christianis, qui Colossis habitabant, servum habuisse (plures servos ei fuisse nusquam apparet), qui nondum ad Christi fidem conversus esset; cui servo nomen fuisse Onesimum. Idem nomen saepius invenimus [2]). Apparet ut alia nomina, ita hoc nomen et servis et ingenuis inditum esse. Itaque ex ipso nomine de statu hominis nihil cognoscimus. Nisi epistulam Pauli ad Philemonem haberemus, prorsus nesciremus, quae condicio eius Onesimi sit, quem Paulus Col. 4^9 commemorat:

---

1) Deissmann, Paulus, pp. 12 sq.

2) Cf. Inscr. Magn. 242: *τόπος 'Ον[η]σίμου*; 300: *ἡ σορὸς 'Ονησίμου τοῦ Πανσιμάχου*; in nummo aetatis Caracallae: *γραμματεὺς Μ. 'Ονήσιμος*; Inscr. Hierap. 126a: *'Ονησίμου*; 174: *Μάρκου Αὐρηλίου 'Ονησίμου Πελαγίου*; Inscr. Perg. 568; C. I. G. 3554. Cf. Thieme, o. l. p. 40; Zahn, Einl. I [3]p. 327; Lambertz, o. l. p. 51.

„Τὰ κατ' ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τυχικὸς . . . ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς . . . σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν · πάντα ὑμῖν γνωρίσουσιν τὰ ὧδε. Verbis q. s. ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν, probatur fortasse Onesimum nuper ad Christi fidem conversum Colossis nondum satis notum fuisse Christianis, sed in his verbis nihil est, quod statum eius servilem denotet. Quae res monet, quam caute in definienda condicione civili eorum hominum, quorum nomina sola in N. To. commemorantur, agendum sit.

Qui Onesimus exemplum multorum aliorum servorum imitatus dominum effugit. Quare hoc fecerit, non cognoscimus. „Wij behoeven niet aan te nemen," inquit Baljon [1]), „dat dit toe te schrijven was aan een inhumane behandeling van Filemon. Anders zou Paulus hem dat wel gezegd hebben. Meer aannemelijk is, dat Onesimus van de goedheid zijns heeren misbruik maakte, en de consequentie [2]) trok, dat een Christenheer zijn slaven wel vrij mocht laten. Hij bedacht in dit geval niet, dat hij iets onmogelijks verlangd zou hebben, zooals dan ook Paulus b.v. noch in Kor. noch in Ef. en Kol. op de vrijlating van den slaaf aandringt. De eisch: „Gij heeren! laat al uwe slaven vrij", zou een sociale revolutie beteekend hebben. De bezittingen der heeren bestonden vooral in slaven, en de slaven zouden zonder hunne heeren geen inkomsten gehad hebben. Den gewonen arbeiderstand kende men toen niet." Quibus verbis huic servo ἀχρήστῳ [3]) nimium intellegentiae

[1]) Baljon, Comm. ad l.

[2]) Haec verba minus in Onesimum quadrare videntur. Quomodo enim servus paganus talia concludere poterat? Numquam ad id tempus praeceptum erat, ut Christiani servos dimittere deberent.

[3]) Hoc vocabulum h. l. parum perspicuum est. Si antea prorsus „inutilis" Onesimus habendus fuisset, Philemonis parvi interfuisset, eum aufugisse. Notatum est vocem q. e. ἄχρηστος mediam inter vocabula q. s. Ὀνήσιμος et εὔχρηστος legi. (Ὀνήσιμον, τόν ποτέ σοι ἄχρηστον νυνὶ δὲ καὶ σοὶ καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον). Fortasse tamen nonnulli vv. dd. huius nominis proprii significationem voci q. e. ἄχρηστος oppositam esse acutius quam verius arbitrati sunt (cf. Baljon, ad l. „de woordspeling op den naam Onesimus (ὀνίνημι) is hier niet te miskennen"; Deissmann, Paulus, p. 13: „den armen „Nichtsnutz"", quod Dibelius ad l. „allzu fein beobachtet" putat). Dilucidius ἄχρηστος voci q. e. εὔχρηστος opponitur: Onesimus ad Christi fidem conversus εὔχρηστος est, facilis ad utendum, ad dominum reverti seque eius auctoritati subicere cupiens. Vocabulum q. e. ἄχρηστος h. l. ea sententia leniore intellegendum esse videtur, ut priusquam effugit, prorsus inutilis quidem non esset, sed saepe molestus domino, saepe mandata eius neglegens, servus ineptus. Cf. Moulton-Milligan, o. l. i. v., qui conferunt Pap. Oxy. $1070^{50\ sqq.}$ (III p. C. n. saec.), ubi mulier quaedam, cui quis curam totius domus mandaturus est, ἄχρηστος dicitur (quod Editores Papp. Oxy. vertunt: „who is un-

attribui videtur. Altera ex parte nonnulli credunt, eum pecuniam domini furatum esse: εἰ δέ τι ἠδίκησέν σε ἢ ὀφείλει (vs. 18) „deutet offenbar an, dass Onesimus die Kasse seines Herrn geschädigt hat" [1]), sed potius facio cum Baljon, qui contra hanc opinionem affert: „Veel te zacht zou de apostel zich uitgedrukt hebben, wanneer Onesimus zijnen heer bestolen had. Paulus had dan Filemon geprikkeld en zeer onpaedagogisch gehandeld. Doch integendeel hij erkent de schuld en vraagt alleen aan Filemon, dat deze de schuld hem zou toerekenen." Quod damnum hoc erat: „Door weg te loopen, had de slaaf zijnen heer schade berokkend."

Fugitivi apud antiquos, Israëlitis [2]) exceptis, gravissime puniebantur [3]). Romani interdum litteram F vel litteras FVG. eorum fronti vel manibus et pedibus inurebant, interdum collare ferreum collo circumdabant, ut servus, qui fugisset, facilius capi posset [4]), nonnumquam etiam morte eos multabant tam crudeli, ut fugitivi fuerint, qui ipsi certamen cum feris inire mallent [5]). Etiam ab eo, qui servum fugitivum domi suae receperat, poena repeti poterat [6]). Eodem fere modo apud Graecos fugitivi puniebantur [7]).

Quae documento sunt, Onesimum, etiamsi fortasse Philemon non is esset, qui tam severe fugam eius puniret, magnis in periculis fuisse, sed etiam Paulum, qui eum reciperet. Verisimile non est, Onesimum captum et in eundem carcerem, ubi Paulus esset, ductum esse. Domini quidem magistratibus denuntiabant servos profugisse [8]), sed si Onesimus captivus esset, Paulus non scripsisset: ὃν ἀνέπεμψά σοι (vs. 12), neque dubitare potuisset, utrum Onesimum secum

---

worthy"), et annotant: „the resemblance to Philem." is obvious." Non omnino congruere videtur cum voce, q. e. ἄχρειος Mt. 25[30] et Lc. 17[10] (vide supra p. 110).

1) Dibelius, ad l.

2) Vide supra p. 41.

3) Cf. Marquardt, Privatleben [1]I, p. 180; Wallon, o. l. I, p. 315; Beauchet, H. d. d. p. II, p. 440; Blümner, R. P. A. pp. 292—294.

4) Vide exempla apud Marquardt, o. l. p. 181. Collare, cui inscriptum est: „Fugi, tene me" apud Orelli 4319; cf. Blümner, o. l. p. 294, ann. 8, ubi alia exempla et opera enumerantur.

5) Cf. Dig., 11, 4, 5.

6) Cf. Plaut., Poen. I, 1, 56.

7) Cf. Schol. in Aeschinem, De mal. gest. leg. 79: οἱ φυγάδες τῶν δούλων στίζονται τὸ μέτωπον ὅ ἐστιν ἐπιγράφονται · κάτεχέ με · φεύγω. Cf. Aristoph., Aves 758; Pollux, III, 67 V.

8) Cf. Deissmann, Paulus, p. 12: „Wir besitzen noch im Pariser Papyrus Nr. 10 einen Originalsteckbrief hinter zwei entlaufenen Sklaven aus der Ptolemäerzeit (Notices et extraits 18, 2 S. 177 ff.); eine hohe Belohnung ist auf die Ergreifung der Flüchtlinge gesetzt, die der Behörde anzuzeigen waren, sobald ihr Aufenthaltsort ermittelt war." cf. Pap. Oxy. XII, 1423, Schubart, E. P. p. 466.

retineret, necne (vs. 13). Sua sponte igitur Onesimus ad Paulum venisse videtur.

In carcere Onesimus a Paulo ad Christi fidem convertitur et amicitiam cum eo iungit, ita ut Paulo quasi filius esse videatur. Cum tandem domino remittendus esset, Paulus ut Philemonem amicum leniret, epistulam commendaticiam scripsit, quacum conferenda est epistula quam C. Plinius ad amicum suum Sabinianum de remittendo liberto quodam dedit, quae ita legitur [1]):

„C. Plinius Sabiniano suo S.

Libertus tuus, cui suscensere te dixeras, venit ad me advolutusque pedibus meis tamquam tuis haesit. Flevit multum, multum rogavit, multum etiam tacuit, in summa fecit mihi fidem paenitentiae. Vere credo emendatum, quia deliquisse se sentit. Irasceris, scio, et irasceris merito, id quoque scio; sed tunc praecipua mansuetudinis laus, cum irae causa iustissima est. Amasti hominem et, spero, amabis: interim sufficit, ut exorari te sinas. Licebit rursus irasci, si meruerit, quod exoratus excusatius facies. Remitte aliquid adulescentiae ipsius, remitte lacrimis, remitte indulgentiae tuae. Ne torseris illum, ne torseris etiam te; torqueris enim, cum tam lenis irasceris. Vereor, ne videar non rogare, sed cogere, si precibus eius meas iunxero; iungam tamen tanto plenius et effusius, quanto ipsum acrius severiusque corripui destricte minatus nunquam me postea rogaturum. Hoc illi, quem terreri oportebat, tibi non idem; nam fortasse iterum rogabo, impetrabo iterum: sit modo tale, ut rogare me, ut praestare te deceat. Vale."

Quibus precibus Sabinianum morem gessisse, probat altera epistula (IX, 24):

„C. Plinius Sabiniano suo S.

Bene fecisti, quod libertum aliquando tibi carum reducentibus epistulis meis in domum, in animum recepisti. Iuvabit hoc te: me certe iuvat, primum quod te tam tractabilem video, ut in ira regi possis, deinde quod tantum mihi tribuis, ut vel auctoritati meae pareas vel precibus indulgeas. Igitur et laudo et gratias ago; simul in posterum moneo, ut te erroribus tuorum, etsi non fuerit, qui deprecetur, placabilem praestes. Vale."

Multum quidem inter has epistulas et epistulam Pauli interest [2]): sermo non est de servo fugitivo, sed de liberto; aliis argumentis

---

1) Plinius, Ep. IX, 21.

2) Omnino refutanda est opinio Steckii (Plinius im N. T. in: J. Pr. Th. [1891]) quem v. Soden (Comm. in Philem. p. 3) contendere scribit ex epistulis Plinii epistulam ad Philemonem ortam esse, quod ad „Situation und Schreiben . . . . . obgleich er zugesteht, dass, wenn der Philemonbrief sonst nicht zu Bedenken Anlass gäbe, die Aehnlichkeit mit jenen Pliniusbriefen nicht hinreichen würde, seine Abhängigkeit von ihnen zu beweisen."

Plinius utitur ac Paulus Christianus, etsi Plinius aeque ac Paulus precatur pro homine misero, qui in gratiam cum domino suo redire cupit; Plinius concedit dominum iure iratum esse, Paulus studiose id agit, ut Philemonem placet; cum verbis q. s.: „*πολλὴν ἐν Χριστῷ παρρησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον, διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ*" conferenda sunt, quae Plinius scripsit: „Vereor, ne videar non rogare, sed cogere, si precibus eius meas iunxero".

Quomodo autem singulas preces Paulus significaverit, indagare, alienum est ab hoc argumento. Dubitandum non est, quin Paulus id, quod petierit, a Philemone impetraverit. Sed hoc ipsum rogandum est, quid petierit Paulus. Disertis enim verbis non dicit, quid a domino postulet. Sunt qui putent, Paulum a Philemone petivisse ut Onesimum manumitteret. Ita interpretati sunt de Wette [1], Soltau [2], Lueken [3], Allard [4], Wohlenberg [5], Ewald [6], Schumann [7], alii [8]. Quam opinionem imprimis defendit Steinmann [9]: „Paulus bittet um gute Aufnahme für Onesimus, um eine Behandlung, wie man sie guten Freunden zuteil werden lässt. Wenn er nun hinzufügt, es wisse, dass Philemon mehr tun werde, so ist in diesen Worten eine Anspielung auf Freilassung des Sklaven richtig gesehen. Somit läuft das Schreiben auf die Erwartung hinaus, Philemon möge dem entlaufenen, jetzt aber reuig zurückkehrenden Sklaven die Freiheit schenken."

Contra alii iudicant, de manumittendo Onesimo nequaquam sermonem esse. Ita iam Theodorus Mopsuestenus [10],

---

1) De Wette, Kurze Erklärung der Briefe an die Kol. Phm. Eph. Phil. (= Hb. z. N. T. II, 4, [1847], pp. 83, 85).

2) W. Soltau, Humanität und Christentum in ihren Beziehungen zur Sklaverei (in: N. J. kl. A. [1908], pp. 335—351) p. 347: „dessen Freilassung er offenbar erstrebt".

3) W. Lueken (in: Joh. Weiss, Die Schr. d. N. T. f. d. Gegenw. erkl.) [^{2}1908], p. 331: „Paulus schickte den entlaufenen Sklaven seinem rechtmässigen Herrn zurück, wenn er auch wohl dem Philemon zutraut, er werde ihn frei lassen (vgl. 1 Kor. 7$^{21 f.}$, Kol. 3$^{22 ff.}$, 1 Pet. 2$^{18 ff.}$)".

4) P. Allard, Les escl. chr. [^{5}1914], p. 171: „Nul doute qu'une si touchante prière n'ait obtenu la liberté de l'esclave."

5) G. Wohlenberg (in: Strack u. Zöckler) [^{2}1895] ad l.

6) P. Ewald (in: Zahn, X) [^{2}1910] ad l.

7) Al. Schumann, Paulus an Philemon [1908].

8) Velut Belser, Godet, Lightfoot, J. Weiss, Zahn, Gutjahr, Bisping, Pölzl, quos laudat Steinmann, Skl. a. K. p. 72, et P. Skl. K. p. 12; Julicher, Einl. p. 110.

9) Steinmann, ll. ll.

10) Theodorus Mopsuestenus, Ad Philemonem (ed. Swete II [1882]), p. 264.

Ioannes Damascenus [1]), inter recentiores Weizsäcker [2]), Overbeck [3]), v. Soden [4]), Meyer-Haupt [5]), alii [6]).

Quas contrarias opiniones si conferimus cum ipsius Pauli verbis, non facile est discernere, utra opinio melior sit. Quae verba imprimis sunt haec: *ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς, οὐκέτι ὡς δοῦλον ἀλλὰ ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητόν* (vss. 15 sq.); *εἰ οὖν με ἔχεις κοινωνόν, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ* (vs. 17); *εἰδὼς ὅτι καὶ ὑπὲρ ἃ λέγω ποιήσεις* (vs. 21). Postrema verba ipsa obscuriora sunt, quam ut ex iis clare perspiciatur, quidnam Paulus rogare voluerit [7]). Quae si componimus cum omnibus, quae antecedunt, fieri potest, ut Paulus solum hoc rogans, ne Philemon Onesimum castigaret, non ignoret, dominum plura facturum esse, i. e. Onesimum benigne accepturum esse; fieri potest, ut Paulus roget, ut Onesimum benigne accipiat, quin etiam praeterea eum liberet. Sed ceteris dictis Pauli comparatis, facere malumus cum iis, qui arbitrentur, Paulum omnino non cogitavisse de manumissione Onesimi [8]). Verba q.s. *οὐκέτι ὡς δοῦλον,*

---

1) Ioannes Damascenus, Ep. ad Philemonem (Migne P. g. XCV), p. 1032.

2) Weizsäcker, in: J. D. Th. XXI, pp. 20 sq., Apost. Zeitalter, pp. 660 sq.

3) F. Overbeck, Ueber das Verhältnis der alten Kirche zur Sclaverei im röm. Reiche, p. 181.

4) v. Soden (in: Handcommentar [[2]1893]), p. 76: „Eine Freilassung ist damit nicht in Aussicht genommen."

5) Meyer-Haupt, IX (Comm. in Philem.) [[7]1902], p. 6: „So wenig er jemals die letzteren [i. e. die faktischen sozialen Verhältnisse] im allgemeinen zu ändern unternimmt, so wenig versucht er es, auch in dem vorliegenden einzelnen Fall, im Namen des Christentums die Freilassung des Sklaven zu fordern. Auch hier wendet er denselben Grundsatz an, den er Rom. 13[1 ff.] für die politischen Verhältnisse aufstellt: . . . Diesen Grundsatz hat er schon 1 Kor. 7[20 ff.] auf die Sklaverei angewendet . . . Der Christ hat sich in jede bestehende Rechtsordnung zu fügen. Selbst ein Unrecht des Herrn gibt dem Sklaven kein Recht, sich seinerseits von dieser Rechtsordnung zu emancipieren. Onesimus muss zurückkehren, auch auf die Gefahr hin, dass die ganze Strenge des bestehenden Sklavenrechts sich gegen ihn kehrt."

6) Cf. praeter hos: J. J. van Oosterzee-K. Knoke (in: Langes Bibelwerk) [1894], pp. 164—167; Wiskemann, o. l. pp. 69—71; Deissmann, Paulus, p. 13; v. Dobschütz, Skl. u. Chr., p. 427: „Auch in den Brief an Philemon deutet er nirgends den Wunsch an, Onesimus freizulassen, auch nicht vs. 16; nur milde Behandlung des nach Gesetz und Brauch strengster Strafe Verfallenen will Paulus durch seine Fürsprache erzielen"; Kiefl, o. l. pp. 103 sq.

7) Dibelius ad vs. 21 caute annotat: „Ueber die Bedeutung von *ὑπὲρ ἃ λέγω ποιήσεις* gilt das zu 20 Gesagte [i. e. „ist nicht zu beweisen"]."

8) Cf. Baljon, o. l. p. 355: „Zou dit hierin bestaan hebben, dat Paulus den stillen wensch koestert: Filemon zal Onesimus de vrijheid

ad condicionem vitae spectare necesse non est [1]). Etiamsi Onesimus servus manet, frater carissimus fieri potest, et aeque ac Paulus ipse socius fidei recipiendus est (vs. 17).

Omnibus rebus perpensis, aptissimum esse videtur putare ea, quae vs. 21 leguntur, spectare ad vs. 13: ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ μοι διακονῇ ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου κτλ. Paulus rogat, ut Philemon Onesimum benigne recipiat et sperat et exspectat, eum ad se reversurum esse, id quod iure ἀγαθόν dici potest (vs. 14). Ne tum quidem servum manumitti necessarium erat.

Magni interest scire, quomodo postea rationes inter Philemonem et Onesimum intercedentes, mutatae sint, si Onesimus servus Philemonis mansit. Paulus eiusmodi servos apud dominos fideles servientes monet I Tim. 6². Nec tamen quicquam certi hac de re cognoscimus.

III. De Rhode (Act. 12$^{13-16}$).

Paulo plura de his rationibus videmus, legentes Rhoden ancillam Mariae, cum ad ianuam venisset et Petrum Apostolum audisset, gaudio commotam ianuam non aperuisse, sed ad eos, qui intra essent, revertisse, ut ceteros gaudii sui participes faceret. Apparet hanc ancillam omnino non ancillarum loco tractatam esse.

IV. Quid Paulus servis Corinthiis praeceperit (I Cor. 7$^{20-25}$).

Inde ab antiquissimis temporibus dissentiunt viri docti de hoc loco, ubi Paulus Corinthiis suadet: 20. ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταυτῃ μενέτω. 21. δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω· ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι. 22. ὁ γὰρ ἐν κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος ἀπελεύθερος κυρίου ἐστίν· ὁμοίως ὁ ἐλεύθερος κληθεὶς δοῦλός ἐστιν Χριστοῦ. 23. τιμῆς ἠγοράσθητε· μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων. 24. ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοί, ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ θεῷ.

Difficillimum autem videtur statuere, quid post verba, q. s. μᾶλλον χρῆσαι supplendum sit, utrum τῇ ἐλευθερίᾳ vel ἐλεύθερος γενέσθαι, an τῇ δουλείᾳ vel δοῦλος κληθῆναι, an aliud quid. Longum est historiam explanationis huius loci enarrare, quod praeterea opus non est,

---

geven? Ik durf het niet zeggen, want nergens heeft Paulus op de vrijheid van den slaaf aangedrongen. Dit klemt te meer, omdat het den apostel niet aan de noodige vrijmoedigheid ontbrak, om te zeggen wat hij wilde. In elk geval bedoelt Paulus: Gij zult hem nog vriendelijker behandelen dan ik heb durven hopen."

[1]) Cf. Meyer-Haupt, o. l. p. 193: „Auch hiermit [i. e. verbis q. s. ἀδελφὸν ἀγαπητόν] ist durchaus nicht die Freilassung des bisherigen Sklaven vorausgesetzt, denn die christliche Bruderschaft ist von der sozialen Stellung völlig unabhängig."

cum id postremis annis duo praesertim viri docti fecerunt, qui in hunc locum copiose inquisiverunt: A. Steinmann [1]) et F. X. Kiefl [2]). Uterque Catholicam quidem fidem confitetur, sed opiniones eorum prorsus contrariae sunt. Steinmann enim putat supplendum esse τῇ ἐλευθερίᾳ, Kiefl τῇ δουλείᾳ.

Quaeritur enim, utrum Paulus servis suaserit, ut manumitti conarentur, an ut servi manerent? Quae quaestio in hoc argumento permagni est momenti. Quare Kiefl hunc locum vocat [3]): „eine Stelle, welche in der Tat eine tödliche Waffe gegen die hegelianische und marxistische Auffassung vom Ursprunge des Christentums ist." Ex utroque breviter audiamus, qui viri docti alterutri opinioni faveant.

Quod ad scriptores antiquos, Steinmann quattuor genera interpretum discernenda esse putat [4]); e quibus Origenem [5]) verba ad matrimonium spectare iudicantem, intellegere coniugibus, divortium facere cupientibus potius libertate utendum esse e mutuo arbitrio; deinde Ephraëm [6]) annotare: „si potes etiam fieri liber et exire ac praedicare evangelium, et pati persecutionem pro illo; id tibi expediet, liber esto," quocum Pseudo-Ambrosium et Severianum facere; tum Cyrillum Alexandrinum [7]) putare verba Apostoli non ad universos servos, sed ad eos servos scripta esse, qui liberi fieri non possent, quibus imprimis solacio et animi confirmatione opus esset; postremo Chrysostomum [8]) iudicare Paulum servis sive concessisse, sive imperavisse, ut servi manerent. Steinmann, postquam deinceps plurimorum interpretum antiquiorum opiniones commemoravit, concludit [9]): „Der freiheitlichen

---

1) A. Steinmann, Paulus und die Sklaven zu Korinth. 1 Kor. 7, 21 aufs neue untersucht [1911]; idem: Zur Geschichte der Auslegung von 1 Kor. 7, 21 in: Theol. Rev. XVI [1917], coll. 340—348; cf. col. 470.

2) F. X. Kiefl, Die Theorien des modernen Sozialismus über den Ursprung des Christentums, zugleich ein Kommentar zu 1 Kor. 7, 21 [1915], imprimis pp. 56—109: Das exegetische Problem 1 Kor. 7, 21; eiusdem contra recensionem, quam Steinmann huius operis exhibuit: „Erklärung" in: Theol. Rev. XVI [1917], col. 469.

3) O. l. p. 57.

4) Steinmann, o. l. pp. 5—14; vide tamen Kiefl, o. l. pp. 58—70, 99—102, qui denuo omnia iudicia eorum investigavit, et ostendit, Steinmann non ubique iuste iudicavisse (ut de Cyrillo Alexandrino, cf. Kiefl, pp. 99 sq.; de Ephraëmo, Pseudo-Ambrosio, Severiano p. 100, quod a Steinmann in his duobus conceditur, cf. Zur Geschichte e. q. s.; de Origene, cf. Kiefl, pp. 100 sq.).

5) Steinmann, o. l. pp. 5 sq.

6) O. l. pp. 7 sq.

7) O. l. pp. 8—10.

8) O. l. pp. 10—14.

9) O. l. p. 45, cf. p. 74.

Auslegung von 1 Kor. 7, 21 gebührt, das sei nachdrücklichst festgestellt, die Priorität. Von Wert ist, dass keiner der griechisch redenden Exegeten sprachliche Bedenken gegen sie vorgebracht hat. Die massgebend gewordene Exegese des Chrysostomus beruht auf der Verwechslung von Rat und Befehl." Quocum non facit Kiefl, scribens [1]): „Wenn man die von Chrysostomus ohne Namen erwähnten Sonderlinge, wahrscheinlich Gnostiker, ausnimmt, so ist in den ersten 1500 Jahren überhaupt kein Theologe für die spätere Auffassung eingetreten."

Nonnulli viri docti recentiores, imprimis Lutherum, Calvinum [2]), alios Reformatores secuti [3]), eidem interpretationi, quam Steinmann defendit, faverunt [4]).

Longior tamen series est eorum, qui cum Chrysostomo et aliis antiquioribus fecerunt, quorum Kiefl plurimos enumeravit [5]). Verum semper periculosum est in interpretandis scriptoribus nimium attribuere auctoritati virorum quamvis celebrium. Nec semper antiquissimum quemque interpretem veram sententiam loci cuiusdam invenisse, Origenes et Ephraëm ostendunt [6]). Id quod Kiefl ipse neglegere videtur, magis quam aequum est fretus auctoritate aliorum interpretum, scribens: „Ausschlaggebend für die traditionelle Exegese

---

1) Kiefl, o. l. p. 70; cf. pp. 101 sq.

2) Calvinus, Comm. ad l.: „Particula etiam non aliam (meo iudicio) emphasin habet, quam si dixisset: Si loco servitutis poteris etiam ad libertatem pervenire, hoc tibi fuerit commodius. Dubium autem est, connectatne sermonem, quem habebat ad servos, an ad liberos se convertat: ita γενέσθαι pro esse simpliciter hic esset positum. Uterque sensus non male quadrat, et eodem uterque recidit. Vult docere, non modo bonam esse libertatem, sed etiam servitute commodiorem. Si servos alloquatur, erit sensus: Quum vos iubeo animis securis esse, non prohibeo, quominus libertate etiam fruamini, si vobis obveniat. Ad liberos, erit species concessionis, quasi diceret: Servos bono animo esse iubeo, tametsi status liberorum melior et magis expetendus, si detur optio."

3) Cf. Kiefl, o. l. p. 72.

4) Velut Nova q. d. Versio Belgica, Lightfoot, Wallon, Godet, Allard, Wohlenberg, Moulton, v. Walter, de quibus et de multis aliis vide Allard, o. l. [5]pp. 168 sq.; Steinmann, Skl. a. K. pp. 64 sq., P. Skl. K. pp. 20—47; Kiefl, o. l. pp. 72—74.

5) A Kieflio, o. l. pp. 58—109 deinceps enumerantur Ioannes Damascenus, Tertullianus, Augustinus, Thomas Aquinas, Lechler, Möhler, Keppler, H. J. Holtzmann, de Wette, Tischendorf, Baur, Weizsäcker, B. Weiss, Heinrici, Overbeck, v. Dobschütz, v. Harnack, Knopf, Joh. Weiss, Feine, Lietzmann, Bousset, Clemen, Schmiedel, Bonhöffer, Wendland, alii permulti. Plerosque igitur interpretes hodiernos supplere τῇ δουλείᾳ apparet.

6) Cf. Steinmann, o. l. pp. 5, 7; Kiefl, o. l. pp. 70, 100 sq.

ist der Umstand, dass die grossen modernen Werke, welche sich mit dem Zusammenhange der paulinischen Ideenwelt und der neutestamentlichen Zeit- und Kulturverhältnisse befassen, ohne irgend eine nennenswerte Ausnahme zu der Auffassung der Väter zurückgekehrt sind" [1]).

Hisce de interpretatione huius loci historia praemonitis, iam argumenta ipsa, quae utrique opinioni faveant, inter se conferamus.

Quae si colligimus, quattuor imprimis difficultates praeberi videntur: quaerendum est, quomodo intellegenda sint vocabula q. s.: 1um. ἀλλά; 2um. εἰ καί; 3um. μᾶλλον χρῆσαι; 4um. quid his verbis supplendum sit, ut congruant cum toto contextu.

Ad 1um. Tribus modis verba q. s. δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω et: ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι opposita esse posse videntur. Si conferimus vs. 18, ubi est:

περιτετμημένος τις ἐκλήθη; — μὴ ἐπισπάσθω·
ἐν ἀκροβυστίᾳ κέκληταί τις; — μὴ περιτεμνέσθω.,

exspectamus Paulum eodem modo [2]) scripturum fuisse:

1. δοῦλος ἐκλήθης; — μή σοι μελέτω·
2. ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος εἶναι — μᾶλλον χρῆσαι.
1. ὁ γὰρ ἐν κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος ἀπελεύθερος κυρίου ἐστίν·
2. ὁμοίως ὁ ἐλεύθερος κληθεὶς δοῦλός ἐστιν Χριστοῦ.

eum igitur et servis et hominibus liberis praecepturum fuisse, ne condicionem mutarent. Quod fieri quidem posset, si εἶναι legeretur, vel si γενέσθαι idem valeret atque εἶναι. Sed haec opinio reicienda esse videtur, cum fieri vix possit, ut verbum q. e. γενέσθαι significet „esse", id quod Calvinus [3]) non excludit, et cum praeterea obstet verbum q. e. δύνασαι. Soli igitur servi monentur, et ad eos totus versus pertinet.

Alii putant particulam q. e. ἀλλά indicare voces, quae sequuntur, oppositas esse vocibus q. s. δοῦλος ἐκλήθης; Quod si ita esset, post verbum q. e. χρῆσαι nihil nisi τῇ ἐλευθερίᾳ suppleri posset. Audias H. Bavinck, qui ita scribit [3]): „Want de zin: maar indien gij

---

1) Kiefl, o. l. p. 102; cf. p. 58: „Was die Auslegung der Stelle betrifft, so ist eine unter allen Umständen entscheidende Instanz die Uebereinstimmung der griechischen Väter, welche, von einer spiritualisierenden Deutung des Origenes abgesehen, sämtlich für die in obiger Uebersetzung bekundete Auffassung sich aussprechen." [i. e. „Und wenn du auch frei werden kannst, so bleibe nur um so lieber dabei!", ut vertit K. Weizsäcker].

2) Cf. I Cor. 7^{27}.

3) Cf. supra p. 121, ann. 2.

4) H. Bavinck, Chr. beginselen en maatsch. verhoudingen, in: Chr. en Maatsch. I, 1 [1908] p. 35.

zelf vrij kunt worden, begint met het woordeke: maar en vormt dus met het voorafgaande eene tegenstelling; het tegenstellende voegwoord ware geheel overbodig en verduisterde den zin als Paulus niets had willen zeggen dan: zelfs indien gij vrij kunt worden, blijf dan toch nog liever slaaf."

Sed contra hanc opinionem notandum est, eodem fere iure dici posse, verba q. s. ἀλλ' εἰ καὶ κτλ. opposita esse iis vocabulis, quae continuo antecedant: μή σοι μελέτω. Quod si verum est, nihil obstat, quin χρῆσαι τῇ δουλείᾳ legatur, et locus ita intellegendus est: „servus vocatus es? Ne sit tibi curae, adeo nihil sit tibi curae, ut contra, etiam si liber fieri potes, magis utaris servitute."

Alio quoque modo defendi potest voces q. s. τῇ δουλείᾳ supplendas esse. Particula enim q. e. ἀλλά, non solum indicat ea, quae sequuntur, opposita esse iis, quae antecedunt, sed etiam id, quod antecedit, corrigit vel extollit. Qua argumentatione Bachmann utitur, scribens [1]): „ἀλλά ferner in unmittelbarem Anschluss an den verneinten Imperativ wird dem (durch keine Interpunktion geleiteten) Leser immer zunächst als ein korrigierendes oder steigerndes „sondern" sich darstellen. Sprachliche Momente, die die durch all das nahegelegte Anreihung von ἀλλά ... χρῆσαι an μελέτω im Sinne einer Steigerung verböten, sind nicht vorhanden ..."

Causa igitur non est, cur putemus vocem q. e. ἀλλά prohibere alterutrum vocabulum post verbum q. e. χρῆσαι suppleri.

Ad 2um. Quaeritur, utrum εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι vertendum sit: etsi potes liber fieri, an: si etiam liber fieri potes. Nec tamen, si verba q. s. εἰ et καὶ separatim legenda sunt, quaestio soluta est. Fieri enim potest, ut ita quoque τῇ δουλείᾳ suppleatur, id quod Bachmann [1]) iure annotat: „καὶ endlich vor δύνασαι hebt zweifellos dieses stark hervor als den neuen, die Lage bezeichnenden Umstand. Konzessive Fassung des hypothetischen Satzes zwar ist deshalb nicht notwendig (4, 7; 7, 11); sie ist aber auch nicht ausgeschlossen; denn vorausgesetzt nur, dass der durch καὶ betonte Hauptbegriff des Vordersatzes selber schon in einem konzessiv-gegensätzlichen Verhältnis zum Hauptsatz steht, dann überträgt sich dasselbe auch auf den ganzen Vordersatz, so dass ein wesentlicher Unterschied zwischen solchem εἰ καὶ und dem (übrigens dem N. T. fremden) konzessiven καὶ εἰ nicht mehr besteht." Verba igitur vertenda esse: „.... sondern, wenn du sogar vermagst frei zu werden, so mache noch mehr Gebrauch (von jenem)."

Si alios locos, ubi Paulus vocabula q. s. εἰ καὶ aut εἰ et καὶ adhibuit, comparamus [2]), nonnulli tantum loci sunt, ubi separatim

1) Bachmann, o. l. 2 p. 280.
2) Cf. Heinrici, Comm. [1896] ad l. p. 232.

legenda sint. II Cor. 11^{15} enim legitur: οὐ μέγα οὖν εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης. Quo loco nihil nisi „si etiam" vel „si . . . quoque" verti potest. Neque Phil. 3^{12}: διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, etsi vertendum est [1]). Ceteris tamen locis, ubi Paulus εἰ καί scribit, verti potest: etsi, velut II Cor. 4^{16}: ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσω ἡμῶν ἀνακαινοῦται; II Cor. 7^{8}: ὅτι εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς . . . οὐ μεταμέλομαι· εἰ καὶ μετεμελόμην, βλέπω ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη εἰ καὶ πρὸς ὥραν ἐλύπησεν ὑμᾶς; II Cor. 7^{12}: ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ ἕνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος; Phil. 2^{17}: ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι . . . χαίρω; Col. 2^{5}: εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι [2]). Ex quibus locis apparet verba q. s. εἰ καί a Paulo, etsi hic illic legantur: si etiam vel si quoque significantia, plerumque vi concessiva usurpata esse.

Qui usus congruit cum universo usu Graeco, cum plerisque locis, ubi εἰ καί inveniuntur, concessive intellegenda sint, et raro discernenda sint. „Zuweilen", inquit Kühner-Gerth [3]), „gehört bei εἰ καί das καί nicht zu εἰ, sondern zu dem nächsten Worte oder häufiger zu einem der folgenden Worte."

Quamquam igitur certo affirmari non potest h. l. vertendum esse: „etsi liber fieri potes," verisimile tamen est.

Ad 3um. Multo difficiliora verba sunt, quae sequuntur: μᾶλλον χρῆσαι, magis utere (Vulg.). Imprimis minus usitatum est, verbum q. e. χρῆσθαι, absolute positum esse. Bachmann, post χρῆσαι supplens τῇ δουλείᾳ, concedit [4]): „Unleugbar ist solche Verwendung von χρῆσθαι nach der sprachlichen wie nach der begrifflichen Seite hin nicht eben gewöhnlich"; quae tamen addit: „jedoch nicht ganz ohne Analogie" minus perspicua esse videntur, cum iis locis, quos affert [5]), significatio verbi sit: „tun, vornehmen," quae significatio minus in h. l. quadrat. Sed obliviscendum non esse mihi

---

[1]) Cf. praeterea I Pet. 3^{14}, ubi tamen vis adversativa excludi non videtur; εἰ δὲ καί: I Cor. 4^{7}, (et si . . . quoque), cf. Lc. 11^{18}; ἐὰν δὲ καί: I Cor. 7^{11}.

[2]) Cf. Mt. 26^{33} (var. lect.); Mc. 14^{29}; Lc. 11^{8}, 18^{4}; Heb. 6^{9}; καὶ εἰ: I Pet. 3^{1}; καὶ γὰρ εἰ: II Cor. 13^{4} (v. l.); εἰ δὲ καὶ vi adversativa legitur II Cor. 4^{3}, 5^{16} (v. l.), 11^{6}; ἐὰν δὲ καὶ I Cor. 7^{4}, 7^{28} (cf. Robertson, Gramm. of the Greek N. T. in the light of historical research [^{3}1919], p. 1026: „In I Cor. 7 : 28 ἐὰν καὶ γαμήσῃς, the notion is „if even" rather than „also" (cf. καὶ ἐὰν γήμῃ)." κἄν: Mc. 21^{21}, 26^{35}; Io. 8^{14}, 10^{38}; καὶ ἐὰν δέ: Io. 8^{16}.

[3]) R. Kühner-B. Gerth, Ausf. Gramm. d. griech. Sprache, II, 2 [^{3}1904], p. 489 ann. 1.

[4]) O. l. p. 281.

[5]) Plat., Prot. 321 C.: ἠπόρει ὅ τι χρήσαιτο; Thuc., II, 4: χρήσασθαι, ὅ τι ἂν βούλωνται.

videtur, etiam si τῇ ἐλευθερίᾳ vel ἐλεύθερος γενέσθαι suppleatur, aliquid ex verbis antecedentibus petendum esse.

Deinde tempus verbi difficultatem praebet. Qui hunc locum ita interpretantur, ut τῇ ἐλευθερίᾳ suppleant, notant hic aoristum adhibitum esse, quo non actionem cursivam, sed actionem punctualem indicari. Neque haec difficultas parvi facienda est. Moulton [1]) annotat: „The differentia of the aorist may be effectively brought in to decide the famous difficulty in 1 Cor. 7 [21]. If Paul meant: „go on in your slavery," he must have said χρῶ; the aorist χρῆσαι can only be: „seize the opportunity."" Idem iudicat Bischoff [2]): „Besagt die Stelle nichts anderes als I Tim. 6 [2] μᾶλλον δουλευέτωσαν (wenn du auch frei werden kannst, bleibe um so mehr Sklave)? Dagegen spricht der Imper. aor., der nicht auf einen (beharrenden) Zustand, sondern auf Bewegung, Handlung deutet" [3]). Minus recte igitur Kiefl, qui τῇ δουλείᾳ supplet, annotare videtur [4]): „Auch ist schon der Ausdruck χρῆσαι entscheidend. Denn dieses Wort bedeutet immer eine Fortsetzung des bereits bestehenden Besitzes oder Gebrauches. Der Beginn einer neuen Lage wird durch κτῆσαι ausgedrückt (Arist. Pol. 1, 8)." Si legitur: μᾶλλον χρῆσαι τῇ ἐλευθερίᾳ, intellegendum est: potius utere libertate, quae tibi offertur, quae interpretatio ipsa reicienda non est.

Altera tamen ex parte negandum non est, fieri posse, ut verba ipsa ad servitutem spectent. Verbum q. e. χρῆσθαι aeque recte de libertate adipiscenda, ac de servitute continuanda adhibetur; quod si ita est, Paulus aoristo usus est, ut servos moneret, ut statu servitutis, quo iam antea uterentur, tunc, postquam Christiani facti essent, magis magisque (μᾶλλον) uterentur, i. e. sibi commodo facere inciperent [5]).

Fortasse ea, quae Paulus I Tim. 6 [2] scripsit, conferre licet: οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν, ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι κτλ., ubi μᾶλλον idem valet: magis serviant. Tempus praesens, quod I Tim. 6 [2] usurpatum est, indicat statum servitutis quidem permanere, sed servis maiore intentione virium dominis serviendum esse.

---

1) J. H. Moulton, A Gramm. of N. T. Greek, I (Prolegomena) [[3] 1908], p. 247.

2) A. Bischoff, Exegetische Randbemerkungen, in: Z. N. W. IX [1908], pp. 167 sq.

3) Potestne fieri, ut discrimen inter tempus praesens et aoristum his temporibus minoris momenti sit quam antea? In Evangeliis ἔλεγεν et εἶπεν non multum differunt. Cf. Joh. Weiss, Aufg. ntl. Wiss., p. 24.

4) Kiefl, o. l. p. 102; cf. Heinrici, Comm. ad l. [1880] p. 201.

5) Cf. Heinrici, l. l. „das vorhandene, hier also die bisherige Lage, zweckentsprechend verwerthen, benutzen".

Quod ad verba ipsa, vidimus voces, q. s. *ἀλλά* et *εἰ καί* neútram opinionem prohibere neque imperare; vocabula q. s. *μᾶλλον χρῆσαι* melius quadrare, si *τῇ ἐλευθερίᾳ* suppleatur, neque tamen fieri non posse, ut *τῇ δουλείᾳ* adiciendum sit. Idem concludit Steinmann [1]): „Die Erwägungen von pro und contra bis auf unsere Tage heben sich mehr oder minder restlos auf. Die Zensur „unmöglich" muss sowohl für die eine wie für die andere Auffassung als falsch bezeichnet werden. Mehr lässt sich auf Grund der Betrachtung unserer Stelle allein und ihrer Auslegung nicht ausmachen." Solum igitur restare videtur [2]) ut contextum consulamus.

Ad 4um. Capite VII° huius epistulae Paulus ad multa respondit, quae Corinthii eum per litteras rogaverant (vs. 1). Primum de matrimonio agens, Apostolus ipse caelibem manere optimum iudicat, etsi homini, qui matrimonio iunctus sit, suadet ut in eo statu maneat. Si ei, qui matrimonium nondum inierint, caelibes manere non possint, uxorum ducant. Uxor cum marito divortium ne faciat, quodsi fecerit, caelebs maneat aut in gratiam cum marito redeat. Neve vir uxorem infidelem repellat, neque uxor maritum infidelem. Sed si homo infidelis ipse uxorem repudiare cupiat, discedat. Unusquisque in eo statu, in quo a Deo vocatus sit, permaneat. Idem fere de circumcisione praecipit Apostolus. Is, qui circumcisus sit, circumcisionem irritam ne faciat, qui circumcisus non sit, ne circumcidatur. Neque enim circumcisionem, neque praeputium ullius momenti esse. Si quis servus vocatus sit, ei curae ne sit. *ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι.* Nihil referre, utrum quis servus sit an ingenuus. Quod discrimen in Domino non valere. Servum enim Christianum libertum Domini esse, sed similiter hominem liberum servum esse Christi. Dominum enim eos pretio emisse, hominibus ne serviant, „d. i. machet euch nicht, statt von Christi Willen und Dienst euer Verhalten bestimmen zu lassen, von dem abhängig, was Menschen von euch wollen und fordern" [3]).

Aliquoties igitur Paulus in hoc capite monet, ne Christiani statum suum mutent. Eadem fere verba et ante et post vs. 21 leguntur: unusquisque in ea vocatione, qua vocatus est, permaneat apud Deum (vs. 20 et vs. 24). Num verisimile est, eum medias inter eas sententias servis suasisse, ut condicionem vitae mutarent? At,

---

1) Steinmann, P. Skl. K. pp. 45 sq.

2) Id quod Bischoff, l. l. coniecit: aut ante *μᾶλλον* vocem, q. e. *μή* ponendam esse, aut vocabulum *μή*, quod legitur in *μή σοι μελέτω* toti sententiae, itaque verbis quoque, q. s. *μᾶλλον χρῆσαι* attribuendum esse, minus placet. Verisimile non est *μή* h. l. cum imperativo aoristi coniunctum esse, id quod fere nusquam invenitur.

3) Heinrici, (Comm. ad I Cor. [1896]) ad l.

inquiunt ei, qui τῇ ἐλευθερίᾳ supplent, verba q. s. ἀλλ' εἰ καὶ . . . χρῆσαι in parenthesi legenda sunt, aeque atque exceptio, quam vs. 11 invenimus: μὴ χωρισθῆναι — ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος κτλ. — Quod ad verba ipsa, negandum non est hoc fieri posse. Post verba q. s. μή σοι μελέτω sequi possunt ea, quae vs. 22 leguntur: ὁ γὰρ ἐν κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος ἀπελεύθερος κυρίου ἐστιν κτλ. Neque hoc modo omnis difficultas aufertur.

Vidimus igitur, quod ad verba ipsa et quod ad contextum, utramque interpretationem defendi posse, ex hoc loco ipso caute concludendum esse in iudicanda Pauli de servitute sententia. Omnibus perpensis, mihi verisimilius esse videtur supplendum esse τῇ δουλείᾳ propter verba q. s. εἰ καὶ et propter contextum.

Iam breviter componamus, quibus argumentis in rebus positis viri docti utantur, ut probent Paulum servis suasisse aut dissuasisse, ut liberi fieri conarentur. Steinmann, priori opinioni favens, scribit [1]: „Unter den sachlichen Momenten aber kommt dem Hinweis auf politische Verdächtigungen, revolutionäre Umtriebe nicht die mindeste Beweiskraft zu . . . . . Der Eintragung der Parusieerwartung in den Rat des Paulus endlich widerspricht das universelle Liebesgebot mit seinem Verlangen nach extensiver und intensiver Betätigung und seinem ewigbleibenden Wert. Anderseits ist es mit der Sinnesart des Paulus, mit seiner Herkunft aus dem Judentum, mit seiner Auffassung von κύριος und δοῦλος, mit seinem Gewissen als Seelsorger nicht vereinbar, dass er dem Sklaven, der die Möglichkeit besass, frei und damit ein völlig unbeschränktes Eigentum des himmlischen Herrn zu werden, der willkommene Gelegenheit hatte, arge Gewissensnot mit seliger Gewissensfreiheit zu vertauschen, geraten hätte, sie nicht zu benutzen." Haec Steinmann adducunt, ut vertat: . . . „— besitzt du aber gar die Möglichkeit frei zu werden, gebrauche sie lieber. — Denn e. q. s." [2].

Inter eos, qui post Steinmann hac de quaestione egerunt, H. Windisch iudicat [3]: „der Versuch Steinmanns seine Erklärung mit V. 20 zu reimen, ist missglückt. . . . . Diese Ausführungen [i. e. der Nachweis . . . das der Rat der Freimachung durchaus den Prinzipien des Urchristentums entspreche] haben wenig Beweiskraft, da die entgegenstehenden Momente die gerade die Beibehaltung der Sklaverei im Urchristentum bewirkt haben, und erklären, nicht gesehen sind."

Kiefl quoque, Steinmannum impugnans aliter atque is

1) Steinmann, P. Skl. K. pp. 74 sq.
2) O. l. p. 75.
3) H. Windisch, in: D. L. Z. [1912] coll. 1172 sq.

aestimat, quid Christiani antiquissimi sibi in rebus ad vitam societatis pertinentibus proposuerint. „Das Christentum," inquit [1]), „hat sich anfangs nicht mit Sozialreform befasst, sondern mit innerer Heilung der sozialen Schäden in ihrer Wurzel sich begnügt, hat aber, sobald es wirklichen Einfluss auf die öffentlichen Verhältnisse erlangte, auf die Aufhebung der Sklaverei hingearbeitet [2]), und seine weltgeschichtliche soziale Mission erfüllt" [3]).

H. Bavinck, qui aeque ac Steinmann τῇ ἐλευθερίᾳ supplendum esse putat, minus quam is momenti verbis attribuit, sed magis significat, parvi interesse utrum quis liber an servus sit: „De gedachte van den Apostel," inquit [4]), „schijnt een andere te zijn en komt waarschijnlijk hierop neer: uitwendige omstandigheden doen tot het Christenzijn niets af; men kan Christen zijn in elken stand. Ieder zie dus niet op wat hij in het natuurlijke is, slaaf of vrije, maar op zijn roeping, wat hij in Christus is. Als iemand dus een slaaf is, dan moet hem dat niet bekommeren; het is in zekeren zin wel jammer en geen begeerenswaardige toestand (dit ligt toch in de uitdrukking: laat hem dit niet bekommeren), maar voor zijn Christen-zijn is het van geen beteekenis. Maar indien gij — zoo zegt Paulus verder — indien gij ook (zelfs) vrij kunt worden, maak daar liever gebruik van, niet om maar vrij te zijn, doch om juist in dien staat van vrijheid te beter uw Christenzijn te openbaren en naar uwe Christelijke roeping te leven. Want de in den Heere geroepen slaaf is een vrijgelatene des Heeren, is innerlijk vrij; maar evenzoo, de in den Heere geroepen vrije man is en blijft, in zijne vrijheid, een dienstknecht van Christus. Paulus zegt dus niet, dat het den slaaf, die vrij kan worden, om die vrijheid als zoodanig te doen moet zijn. Maar hij geeft te kennen, dat een Christenslaaf, die vrij kan worden, die vrijheid zeker aannemen mag, maar niet om haarzelve, niet om in die vrijheid nu eens werkelijk zijne vrijheid te toonen, maar om in die vrijheid juist zijn dienstbaarheid aan Christus te bewijzen. Maak van die vrijheid, die u geschonken wordt, dan des te meer gebruik, om te toonen, dat gij een dienstknecht van Christus zijt!"

Quae verba ad iustum modum quaestionem redigere videntur. Cum usque adhuc verba Pauli, de quibus egimus, crux q. d. interpretum manserint, ex iis nimium concludere periculosum est. Sed sive arbitramur Paulum servis suasisse, sive dissuasisse, ut liberi fierent, condicio ipsa servilis non magni est momenti, neque plerumque

---

1) Kiefl, in: Th. Rev. [1917], col. 469.
2) Cf. Kiefl, Th. m. S., p. 204.
3) Cf. Kiefl, o. l. p. XIX.
4) H. Bavinck, o. l. pp. 35 sq.

in vita cotidiana [1]), neque unquam in rationibus inter Deum et Christianos intercedentibus.

V. Quid Paulus et Petrus ceteris servis praeceperint. Primo nonnulla annotanda esse videntur de locis, ubi Paulus de servis agit.

a. I Cor. 12^{13}; Gal 3^{28}; Col. 3^{11}.

Ter Paulus in Epistulis servos et homines liberos opposuit. I Cor. 12^{13} legimus: καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι καὶ πάντες ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν. Duplex series est vocabulorum contrariorum: Ἰουδαῖοι opponuntur Ἕλλησιν, δοῦλοι ἐλευθέροις, discrimen igitur ad nationem et ad statum civitatis spectans. Idem fere Paulus scribit Gal. 3^{28}, ubi tertium discrimen addit viri et feminae, et Col. 3^{11}, ubi est: ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, βάρβαρος, Σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθερος, ἀλλὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν Χριστός.

Quorum discriminum tamen nihil interesse Paulus dicit ad baptismum. Utrosque baptizari, et ita unum corpus fieri. Ceteros homines excludi, id quod religionis Iudaicae proprium fuerit, haec verba in posterum vetant. In religione talia discrimina non existere. Neque hoc tamen efficere, ut ea discrimina in vita quoque cotidiana et in civitate evanescant.

Ei, qui ex his locis efficere conantur [2]), religione Christiana discrimen hominum liberorum et servorum sublatum esse, oblivisci videntur, discrimen inter genus virile et muliebre utique tolli non posse. Etsi concedendum est, haec discrimina non omnia uno loco habenda esse, nusquam apparet Paulum id intendisse, ut, nisi in rebus ad religionem spectantibus, supprimerentur.

b. Col. 3^{22}—4^{2}; Eph. 6^{5-10}; Tit. $2^{9.10}$; I Tim. 6^{1-3}.

Deinde mentio facienda est de praeceptis ad vitam domesticam spectantibus, e quibus nonnulla de servis agunt: Col. 3^{22}—4^{2}, Eph. 6^{5-10}, Tit. $2^{9.10}$, I Tim. 6^{1-3}. His locis servi monentur, ut dominis

---

1) Cf. quae supra de condicione universa servorum iudicata sint (pp. 73 sq.).

2) Cf. Allard, Les escl. chr., 5p. 169: „voici la doctrine de saint Paul exprimée en un seul mot, qui contient en germe la destruction future de l'esclavage: „Il n'y a plus de différence etc. (Gal. 3^{28})."" Wallon, o. l. III, p. 2, post verba supra (p. 13) allata, ita pergit: „Rien ne reste des distinctions factices d'origine et de condition; tous les hommes, nés du même père, reçoivent de Jésus Christ une génération nouvelle; la liberté de chacun a pour principe l'unité des races humaines, et pour sanction l'autorité de Dieu, de Dieu qui parle comme Créateur et comme Rédempteur."

pareant (ὑπακούετε Col. Eph.), ut se subiciant (ὑποτάσσεσθαι Tit.), ut dominos honorent (πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν I Tim.).

Dominis servi oboediant, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται (I Tim., cf. Tit.), εἰδότες ὅτι ἀπὸ κυρίου ἀπολήμψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας (Col.), εἰδότες ὅτι ἕκαστος ἐάν τι ποιήσῃ ἀγαθόν, τοῦτο κομίσεται παρὰ κυρίου, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος (Eph.), quod facere debent, non placere cupientes hominibus (μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλίαις ὡς ἀνθρωπάρεσκοι) (Col., cf. Eph.), sed servientes ἐν ἁπλότητι καρδίας φοβούμενοι τὸν κύριον (Col.), ὡς δοῦλοι Χριστοῦ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ἐκ ψυχῆς (Eph.).

In epistula ad Timotheum scripta Paulus discrimen facit inter servos, qui ὑπὸ ζυγόν sunt, et eos, qui πιστοὺς δεσπότας habent. Illos servos esse, qui dominos paganos haberent, verisimile est [1]). Qui servi dominos suos omni honore afficere iubentur; dominorum tamen Christianorum servi, qui propensi sunt ad contemnendos dominos, a Paulo, quod in Christo neque dominus neque servus sit, monentur μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν, ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσιν καὶ ἀγαπητοὶ οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι.

In epistulis ad Col. et ad Eph. domini quoque monentur: τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε κύριον ἐν οὐρανῷ (Col.), quibus verbis Paulus significat servos dominis iuste atque aeque tractandos esse, non quia omnia discrimina sublata sint, sed quod dominis quoque ipsis se Dominum habere cogitandum sit. Domini servis benefaciant, ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν, εἰδότες ὅτι καὶ αὐτῶν καὶ ὑμῶν ὁ κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσωπολημψία οὐκ ἔστιν παρ' αὐτῷ (Eph.).

c. I Pet. $2^{18.19}$.

Cum his praeceptis domesticis Pauli conferenda sunt verba Petri apostoli, quae leguntur I Pet. $2^{18.19}$. Etiam dominis severis servos obtemperare Petrus iubet (ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ φόβῳ τοῖς δεσπόταις, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκληροῖς). Si quis enim iniuriam patiatur, gratiae Dei eum participem fieri: τοῦτο γὰρ χάρις εἰ διὰ συνείδησιν θεοῦ ὑποφέρει τις λύπας πάσχων ἀδίκως.

H. De metaphoris in N. To. ad servitutem spectantibus.

In Evangeliis haud saepe servitutem metaphorice adhibitam esse, supra [2]) vidimus; Paulus tamen et ceteri Apostoli ad notiones

1) Cf. von Soden, ad l. p. 249: „Der letztere Ausdruck [i. e. unter dem Joch] ist nicht plerophorisch, sondern deutet an, dass die Betreffenden ihre Stellung als Druck empfinden, und zwar nach 2 deswegen, weil ihre Herren nicht Christen sind."

2) Cf. supra pp. 76—79.

religionis adumbrandas et ad alias res dilucidius explanandas verbis nonnumquam usi sunt, quae cum servitute cohaereant. Refero ad locutiones, q. s. *δοῦλος τοῦ Θεοῦ, δοῦλος τῆς ἁμαρτίας*, similia [1]). Haud minoris momenti eae voces habendae sunt, quas nonnulli ad servos manumittendos spectare putent, velut *λύτρωσις* [2]), *ἀπολύτρωσις* [3]), *λύτρον* [4]), *ἀντίλυτρον* [5]), *ἐλευθερόω* [6]), *ἀγοράζω* [7]), *ἐξαγοράζω* [8]), aliae.

Imprimis Deissmann [9]) efficere conatus est, auctores his locutionibus ad servitutem cogitata legentium direxisse, neque negari potest indagationibus eius multis ex partibus lucem clariorem ortam esse. Alii tamen cum Deissmanno non facientes, opinionem eius refutaverunt [10]). Quam in quaestionem penitus inquirere hic non possumus. Hoc solum annotandum esse videtur, mirum esse vocem, q. e. *ἀπολύτρωσις* [11]), quam apud Paulum septies, apud Lucam semel, in Epistula ad Hebraeos bis legimus, in ceteris litteris Graecis usque adhuc paucis tantum locis [12]) inventam esse, neque his omnibus ad servitutem spectantem. Loco enim e Plutarcho allato (*πόλεων αἰχμαλώτων ἀπολυτρώσεις*), de captivis sermo est. Mihi igitur haec vox ea non fuisse videtur, quae legentium animos statim ad manumissionem servorum verteret. Haec enim saepius vocabulo

---

1) Cf. supra pp. 76—78.

2) Lc. 1^{68}, 2^{38}; Heb. 9^{12}.

3) Lc. 21^{28}; Rom. 3^{24}, 8^{23}; I Cor. 1^{30}; Eph. 1^{7}, 1^{14}, 4^{30}; Col. 1^{14}; Heb. 9^{15}, 11^{35}.

4) Mt. 20^{28}; Mc. 10^{45}.

5) I Tim. 2^{6}.

6) Rom. 8^{21}; Gal. 5^{1}; alibi.

7) I Cor. 7^{23}; alibi.

8) Gal. 3^{13}, 4^{5}; Eph. 5^{16}; Col. 4^{5}.

9) Deissmann, L. v. O. $^{2.3}$pp. 246 sqq.

10) Cf. Zahn, Comm. in Ep. ad Rom. pp. 179 sq.; H. Windisch, Das N. T. im Lichte der neu gefundenen Inschriften, Papyri und Ostraka (in: N. J. kl. A. [1910]), p. 210: „Doch darf nun nicht die Meinung aufkommen, als sei diese Lehre auf der Anschauung dieser Sitte aufgebaut. Fundamental bleiben für die paulinische Theologie die jüdischen Erlösungs- und Opfergedanken. Die Nachweise Deissmanns zeigen nur, wie Paulus es versucht hat, die zunächst auf rein jüdischen Voraussetzungen aufgebauten Lehren auch den Hellenen vom Boden ihrer Gebräuche und Gedanken aus verständlich zu machen."

11) Vide de hac voce opera in Appendice allata.

12) Dan. 4^{30} (LXX); Diod., Exc. de virt. et vit. XXXVI, (ed. Wess. II, p. 610, 42); Plut., Pompeius XXIV, 2 (p. 631 B); Ios., Antt. XII, 2, 3; Philo, Q. O. P. L. 17 (p. 882); Inscr. Coi inventa (= Collitz, S. G. D. I. III, 1, 3629); cf. Paton and Hicks, The Inscriptions of Cos, 29 [1891]; Herzog, Koische Forschungen und Funde [1899], pp. 39 sq.

q. e. ἀπελευθέρωσις [1]) indicabatur, quod vocabulum Paulus nusquam exhibet (semel ἀπελεύθερος I Cor. 7^{22}). Fieri tamen potest, ut vox q. e. ἀπολύτρωσις saepius usurpata sit, quam e reliquiis litterarum Graecarum apparet.

Nec reliqua verba, modo allata, semper ad redemptionem servorum spectant, cum de iis quoque, qui ex vinculis liberandi sint, usurpentur, et saepe latius pateant [2]).

A quibusdam interpretibus στίγματα quoque, de quibus Gal. 6^{17} Paulus mentionem facit, ad servos pertinere putantur [3]). Deissmann [4]) signa confert, quae in cultu deorum Aegyptiorum servis imprimebantur [5]). Quod alii minus cum contextu quadrare arbitrati, putant Paulum signa militaria intendisse, quibuscum potius faciendum esse videtur [6]).

Etsi igitur exaggerandum non est, in Pauli Epistulis et aliis N. Ti. locis vocabula et locutiones nonnullas esse, quae vix intellegi possint, nisi servitutis imago ante oculos habeatur, negandum non est.

I. Conclusio.

Postquam iam plerosque N. Ti. locos, quibus de servitute agitur, perlustravimus, restat, ut haec omnia breviter inter se conferamus. Qua in re nondum communem existere opinionem, Cap. I[0] huius operis exposuimus.

Primo loco annotandum est, discrimen esse faciendum inter Palaestinam et reliquas partes orbis antiqui. In priore parte huius opusculi vidimus, in Palaestina ipsa servitutem non multum valuisse, id quod ex omnibus, quae in Evangeliis de servis comperimus, apparuit [7]). Iesus enim servitutem nusquam improbat, neque ubi

---

1) Cf. B. G. U. 96, 10: .... *τῇ γενομέ[ν]ῃ ἀπελευθερώσι τοῦ Νουμηνίου ὑπὸ τοῦ προκειμένου πάτρωνος.*

2) Cf. H. Bavinck, Dogm. [2]III, p. 365; B. Weiss (Comm. in Mc. 10^{45}): „Das *λύτρον* (Plat. Legg. 11, p. 919 A, Thuc. 6, 5, 4) ist im A. T. (wo meist der Plural *λύτρα* steht) eine Geldsumme, durch welche man Land (Lev. $25^{44.51}$) oder Sklaven (Lev. 19^{20}) kauft, resp. einen aus der Gefangenschaft loskauft (Jes. 45^{13}), oder durch welche man sich vom Dienste (Num. 3^{46-51}, 18^{15}) oder vom Tode (Ex. 21^{30}, Num. $35^{31\,f.}$, Prv. 13^{8}: hier der Sing. vgl. 6^{35}) loskauft."

3) Cf. Luther, Meyer-Sieffert, ad l., alios.

4) Deissmann, B. St., pp. 262 sqq.

5) Cf. Lietzmann, Comm. in Gal. 6^{7}.

6) Cf. H. J. Kouwenhoven, Paulus' beroep op de lidteekenen van den Heere Jezus in Zijn lichaam, in: Ger. Theol. Tijdschr. [1912], pp. 105—115.

7) Vide supra pp. 96 sq., 100—103.

exempla affert servorum, qui severe tractentur, id quod apud exteras gentes nonnumquam fiebat, dicit, quid de hac tractatione sentiat, neque eam vituperat, sed ipsis exemplis utitur ut rationes ad res divinas spectantes cum iis comparet. Ipsa ratio, quae inter servum et dominum intercedit identidem componitur cum intima Dei cum hominibus ratione.

Cum Iesus formam societatis, quae tum erat, vindicare velit, et ea quoque in re principi dare cupiat id quod principis sit, ne rationem quidem in vitae societate inter dominum et servum intercedentem mutat.

Neque in hac sola re Iesus quodammodo culturam atque humanitatem sui temporis neglegit. Quod ad alia, notissimum est, Iesum numquam quicquam scripto mandavisse, id quod hominibus hodiernis fortasse mirum videtur, sed, ceteris neglectis, obliviscendum non est, eum ea aetate vixisse, qua vox viva magis valeret quam libri scripti [1]).

Iesus non imprimis societatem reformat, neque religio Christiana ex angustiis societatis eorum temporum orta est [2]), ut multi, qui vocantur socialistae, contendunt. „Terwijl Hij . . . . . eenerzijds," inquit H. Bavinck [3]), „de natuurlijke goederen volstrekt niet miskent of veracht, is Hij er toch anderzijds ver vandaan, om ze op zich zelve te beoordeelen en de waarde te bepalen, welke zij in zichzelve dragen. Daartoe is Hij niet op aarde gekomen; dat was zijn taak, zijne roeping, zijn door God hem opgedragen werk niet. Vandaar, dat hij nooit rechtstreeks voor de armen en de verdrukten, voor de weduwen en de weezen, voor de slaven en de daglooners als zoodanig opkomt. Hij dringt nooit aan op lotsverbetering of loonsverhooging, op levensverzekering of pensioenregeling. Jezus is geen man der wetenschap of der kunst, maar ook geen politicus of oeconoom, geen sociale hervormer of demagoog, geen partijman of klassenstrijder. Hij aanvaardt de sociale toestanden, zooals ze zijn, en wendt nooit een enkele poging aan, om daarin verandering of verbetering te brengen."

Paulus et reliqui apostoli maiorem quam Iesus consuetudinem habuerunt cum servis, quales extra Palaestinam habitarent, et magis servitutis aliarum terrarum et gentium rationem habebant. Ubi condiciones plerumque multo iniquiores erant quam apud Iudaeos. In primis ecclesiis Christianis, quae praesertim in magnis urbibus, ubi humanitas et cultura maxime valebant, condebantur, servi, magna ex parte domestici, inveniebantur, quamvis fortasse numerus eorum non tantus erat, quantum nonnulli viri docti putant; domini quoque in numero Christianorum erant, quare fieri non

---

1) Cf. P. Wendland, H. R. K. $^{2 \cdot 3}$p. 226.
2) Cf. H. Bavinck, Christ. Beg. en Maatsch. verh., p. 3.
3) Bavinck, o. l. p. 22.

poterat, quin quaestio oreretur, quomodo rationes inter utrosque moderandae essent.

Quas in imperio Romano universas rationes iniquas aestimandas non esse, supra [1]) vidimus: ea enim ipsa, quae modum excederent, quaeque solito severiora et crudeliora essent, saepe commemorata sunt, iuxta quae altera ex parte multa afferri possunt, quae ut iustius rectiusque iudicandum sit, efficiant. Saepe enim servi, praesertim ei, qui initio fidem Christianam acciperent, libertate quadam in vita cotidiana, atque animi ingeniique cultu fruebantur, neque omnes conferendi sunt cum servis agrestibus, quales in Sicilia et alibi adhiberentur, qui tamquam scelerati interdum tractarentur, quibus facultas eruditionis, libertas in rebus ad religionem spectantibus vix aut omnino non daretur.

Quid autem Paulus et ceteri Apostoli de servis iudicaverunt? Primo loco ponendum est, ad iuste iudicandum non solum ea, quae ipsa ad servitutem spectantia in N. To. leguntur, conferenda esse, sed etiam universam doctrinam Christianam multis ex partibus consulendam esse, id quod ab hoc opere alienum erat. Pauca igitur tantum annotabimus.

Vidimus Paulum nusquam servitutem universam improbavisse, neque indicavisse se statum rerum, ubi servi non iam invenirentur, suspicione attingere, cum servitus arte conexa esset cum societate, quae tum erat.

Neque civitatem, neque principatum Caesarum, neque societatem eorum temporum Paulus improbavit, sed omnibus his in rebus mores aetatis secutus est [2]).

Quae cum ita sint, nusquam Paulus universam servitutem tollendam esse significat. Hoc quoque iam a plerisque conceditur: „und es ist dies wohl der eigentliche Ertrag, den der wissenschaftliche Feldzug gegen den früher angenommenen Einfluss des Christentums gehabt hat, dass man die bewusste Absicht der apostolischen und der ganzen alten Kirche jetzt allgemein aufgegeben hat — die bewusste Absicht nämlich, die Sklaverei als gesellschaftliche Einrichtung gänzlich abzuschaffen" [3]).

---

1) Cf. supra pp. 72—74.

2) Cf. H. Windisch, Das N. T. im Lichte der neu gefundenen Inschriften, Papyri und Ostraka (in N. J. kl. A. [1910]), p. 209: „Unter den staatlich-wirtschaftlichen Instituten der Antike ragen zwei durch ihre besondere Bedeutung hervor, das Sklaventum und das Kaisertum. Gegen keines der beiden hat das Urchristentum protestiert; und doch haben beide Einrichtungen ihre Wirkungen auf die Denkweise des Urchristentums ausgeübt."

3) M. v. Nathusius, Die Mitarbeit der Kirche an der Lösung der sozialen Frage [[1] 1895], p. 315.

Sed quae fuerit causa, cur Christiani antiquissimi hoc non spectaverint, ab aliis aliter diiudicatur. Sunt enim, qui contendant, Paulum statum rerum, ubi servi non iam adhiberentur, summum quidem aestimavisse, neque tamen arbitratum esse, tempora et occasionem venisse ad illud consilium perficiendum. Quae autem eum moverint, a nonnullis haec fuisse putantur: si Paulus omnibus servis suasisset, ut se liberarent, res novas instigavisset, id quod universam civitatem et societatem evertisset, et religioni Christianae magis damno quam commodo fuisset.

De eiusmodi tamen Pauli propositis nusquam legimus, et apparet eum identidem allocutum quidem esse servos, sed solum ad eos monendos, ut semper se subicerent et oboedirent dominis. Ne in epistula quidem ad Philemonem scripta Paulum manumissionem Onesimi tecte designare verisimile est, id quod nonnulli affirmant, et fac eum id fecisse, nondum liceret ex ea re colligere Paulum iudicavisse servitutem universam tollendam esse. Manendum enim esse in vocatione qua quis vocatus sit, Paulus putat. Etiamsi exceptiones fecisset, id quod quidam I Cor. 7^{21} eum fecisse dicunt, eiusmodi exceptio normam ipsam non sustulisset.

Arbitramur igitur Apostolos discrimina, quae in vita cotidiana et in societate invenirentur, tollere non cupivisse, sed quae docuerint, haec esse: in rebus ad religionem et ad cultum Dei pertinentibus solis ea discrimina omnino non existere, neque quod attinet ad genus, neque ad nationem, neque ad eruditionem, neque ad condicionem vitae. In Christo neque servum neque dominum discernendum esse: „. . . . . der Gedanke der Gleichheit [berührt] die politischen Sphäre und die äusseren Rechtsverhältnisse gar nicht . . . Die Jünger Christi werden in eine ideale Lebensordnung und zu einer Höhe der Weltbetrachtung erhoben, von der aus alle Unterschiede und Gegensätze der irdischen Zustände völlig gleichgültig erscheinen. Ein soziales Programm liegt gar nicht im Gesichtskreise der religiösen Lehre Jesu . . . . [1]).

Deinde verisimile non est idcirco Christianos novam formam societatis, in qua servi non invenirentur, non appetivisse, quia crederent παρουσίαν, quae dicitur, prope adesse. Complura enim indicia sunt, quibus probetur, eiusmodi παρουσίαν ne Paulo quidem propinquam visam esse [2]).

Quoniam igitur servitute in societate eorum temporum opus erat, Christianorum erat id agere ut rationes inter dominum et servum

---

1) P. Wendland, H. R. K. $^{2\cdot 3}$p. 231.

2) Cf. F. W. Grosheide, De verwachting der toekomst van Jezus Christus [1907]; v. Nathusius, o.l. p. 315: „Abzuweisen ... Quietismus, der bei dem nahen Weltende eine Standesveränderung nicht mehr der Mühe für Wert gehalten habe."

intercedentes, quam optimae essent. Fieri poterat, ut alter Christianus esset, sive dominus (Philemon et Onesimus ante huius ad fidem Christi conversionem), sive servus (cf. servos, qui ὑπὸ ζυγόν sunt I Tim. 6^{1}), et ut uterque Christianus esset (Philemon et Onesimus postquam ad Christi fidem conversus est). Sive tamen dominus paganus, sive Christianus est, servus ei obtemperare a Paulo iubetur, quin etiam dominis severis ac duris ut Deo ipsi oboediendum est.

Ut servis Christi, Dei voluntatem facientibus, iis serviendum est. „Zelfs in den slavenarbeid," inquit Plooy [1]), „zag Paulus een goddelijk beroep (Eph. 6^{6}) en juist daarin ligt de eeuwige waarde der persoonlijkheid, dat zij door de uiterlijke omstandigheden niet wordt bepaald."

---

1) D. Plooy, Op de grenzen van „Antike" en Christendom, in: St. d. T. [1913—14], p. 667.

APPENDIX I.

TITULI LIBRORUM AD HUIUS OPERIS ARGUMENTUM SPECTANTIUM, PARTIM SUPRA ALLATORUM [1]).

A. Opera, quibus in universum de servitute antiqua agitur, et quae in universum ad argumentum spectant.

P. Allard, Esclavage (in: Dict. Apol. I coll. 1474 sq.).

P. Allard, Slavery (in: The Cath. Enc. XIV [1912] coll. 36—39).

G. von Below, Unfreiheit (in: Elsters Wörterb. der Volkswirtsch. II [^{3}1911] coll. 1095—1102).

*E. Bernheim, Lehrbuch der historischen Methode und der Geschichtsphilosophie [Leipzig $^{5.6}$1908].

*P. J. Blok, De Geschiedenis als sociale Wetenschap [Groningen 1894].

*K. Bücher, Die Entstehung der Volkswirtschaft, Vorträge und Versuche [Tübingen ^{10}1917].

H. Dejust, L'esclavage [Paris 1873].

E. Desjardins, L'esclavage dans l'antiquité [Caen 1857].

A. Ebeling, Die Sklaverei von den ältesten Zeiten bis auf die Gegenwart [Paderborn 1884].

E. Egger, Considérations sur l'esclavage dans l'antiquité (in: Mém. d'hist. anc. et de philol. [Paris 1863] pp. 331 sqq.),

*C. Grünberg, Unfreiheit (in: Conr. Handw. d. Staatsw. [^{2}1901]).

*C. Grünberg, Sklaverei (in: Conr. Handw. d. Staatsw. VII [^{3}1911] pp. 524—541).

L. M. Hartmann, Zur Geschichte der antiken Sklaverei (in: Deutsche Zeitschr. f. Geschichtswiss. XV [1894] pp. 1—17).

J. K. Ingram, History of Slave and Serfdom [1895] (interpret. Germ. L. Katscher [1895]).

J. K. Ingram, Slavery (in: Enc. Brit. XXV [Cambridge ^{11}1911] pp. 216—227).

*G. W. Kernkamp, Over de materialistische opvatting van de Geschiedenis [1901].

Ch. Letourneau, L'évolution de l'esclavage dans les diverses races humaines [Paris 1897].

*Ed. Meyer, Die wirtschaftliche Entwicklung des Altertums [1895], [= Kleine Schriften I pp. 79—168 [Halle am Saale 1910]) (= W. E. A.).

1) Opera, asterisco (*) praedita, supra allata sunt.

*Ed. Meyer, Die Sklaverei im Altertum [1898] (= o. l. pp. 169—212) (= Skl. A.).
*Ed. Meyer, Geschichte des Altertums [Stuttgart u. Berlin] I, 1 [3 1910], I, 2 [3 1913] (= G. d. A.).
Monod, Esclavage (in: Enc. d. Sciences rel. [1878—1882], IV).
*K. J. Neumann, Entwicklung und Aufgaben der alten Geschichte [Strassburg 1910].
W. C. Osborne, A history of the ancient working people [London 1904].
W. Stevens, The slave in history [London 1904].
A. Tourmagne, Histoire de l'esclavage ancien et moderne [Paris 1880].
*H. Wallon, Histoire de l'esclavage dans l'antiquité I—III [Paris 1 1847, 2 1879].
*M. Weber, Agrargeschichte I: Agrarverhältnisse im Altertum (in: Conr. Hwb. Staatsw. I [3 1909], pp. 52—188).
O. C. Whitehouse, Servant, slave, slavery (in: Hastings, Dict. of the Bible IV [1902], pp. 461a—469a).

B. Opera, quibus de servitute apud Aegyptios et Orientales agitur.

*A. Erman, Aegypten und Aegyptisches Leben im Altertum [Tübingen 1886].
*H. Gressmann, Altorientalische Texte und Bilder zum Alten Testamente [Tübingen 1909].
*A. Jeremias, Handbuch der altorientalischen Geisteskultur [Leipzig 1913].
J. Jeremias, Moses und Hammurabi [1903].
*J. Kohler, Die Anfänge des Rechts und das Recht der primitiven Völker. Das Recht der orientalischen Völker (in: Allgemeine Rechtsgeschichte Ie Hälfte (= K. d. G. II, VII, 1) [Leipzig-Berlin 1914]).
*J. Kohler-F. E. Peiser, Aus dem babylonischen Rechtsleben I—IV [Leipzig 1890—1898].
Ed. König, Babyloniens Einfluss auf die Kulturgeschichte (in: N. J. kl. A. XI [1908] pp. 441—473).
*H. H. Kuyper, Evolutie en Revelatie [Amsterdam 1903].
Maspero, L'histoire ancienne des peuples de l'Orient [Paris 7 1905].
*Br. Meissner, De servo babyl. assyr. (in: Beiträge zum altbabyl. Privatrecht [1893]).
D. H. Müller, Die Gesetze Hammurabis und ihr Verhältnis zur mosaischen Gesetzgebung sowie zu den XII Tafeln [1903].
*A. Noordtzij, De Filistijnen, hun afkomst en Geschiedenis [Kampen 1905].
S. Oettli, Das Gesetz Hammurabis und die Thora Israels [1903].
*J. Oppert-J. Ménant, Documents juridiques de l'Assyrie et de la Chaldée [Paris 1877].
*G. Steindorff, Die Blütezeit des Pharaonenreichs [Bielefeld-Leipzig 1900].
C. P. Tiele, Babylonisch-Assyrische Geschichte II [Gotha 1888].

*H. Winckler, Die Gesetze Hammurabis, Königs von Babylon um 2250 v. Chr. (= Alt. Or. IV, 4 [1902]).
H. Winckler, Die Gesetze Hammurabis in Umschrift und Uebersetzung [Leipzig 1904].

C. Opera, quibus de servitute apud Israëlitas agitur.

J. G. Abicht, De servorum hebraeorum acquisitione atque servitiis [1704].
J. van Andel, De Mozaische Wet [1882].
T. André, L'esclavage chez les anciens Hébreux [Paris 1892].
*I. Benzinger, Slavery (in: Enc. Bibl. IV [1903], coll. 4653—4658).
*I. Benzinger, Hebräische Archäologie [Tübingen 2 1907] (= H. A.).
*A. Berliner, Geschichte der Juden in Rom von der ältesten Zeit bis zur Gegenwart [Frankf. a. M. 1893].
A. Bertholet, Die Stellung der Israeliten und der Juden zu den Fremden [1896].
*W. Bousset, Die Religion des Judentums im neutestamentlichen Zeitalter [Berlin 1903, 2 1906].
*F. Buhl, Die sozialen Verhältnisse der Israeliten [Berlin 1899].
*C. H. Cornill, Das Alte Testament und die Humanität [Leipzig 1895].
F. Delitzsch, Jüdisches Handwerkerleben zur Zeit Jesu [Erlangen 2 1875].
L. N. Dembitz, Slaves and Slavery (in: The Jewish Enc. XI pp. 403—407).
*W. A. van Es, De eigendom in den Pentateuch [Kampen 1909] (= E. P.).
H. Ewald, Die Alterthümer des Volkes Israël [Göttingen 3 1866).
*D. P. D. Fabius, Mozaisch en Romeinsch Recht. Eene vergelijkende rechtsstudie [Amsterdam 1890].
*J. G. Frazer, Folk-lore in the Old Testament, Studies in comparative Religion, Legend and Law [London 1919].
Grupp, Sklaverei (in: Wetzer und Welte, Kirchenlexikon XI [1899] coll. 400—420).
*A. Jirku, „Hebräische" und „israelitische" Sklaven (in: Or. Litt. Zeitung [1918] pp. 81—83).
*J. Juster, Les Juifs dans l'empire Romain. Leur condition juridique, économique et sociale. I, II [Paris 1914].
L. Hoffmann, Dissertatio de ancilla Hebraea [Jena 1712].
*C. F. Keil, Handbuch der Biblischen Archäologie [Frankfort a. M. 2 1875] (= B. A.).
R. Kittel, Geschichte des Volkes Israel I [Gotha 3 1916].
P. Kleinert, Die Profeten Israels in sozialer Beziehung [Leipzig 1905].
S. Krauss, Sklavenbefreiung in den jüdisch-griechischen Inschriften aus Südrussland (in: Harkavy-Festschrift [St. Petersburg 1908] I, pp. 52—67).
F. E. Kübel, Die sociale und volkswirtschaftl. Gesetzgebung des A. T. unter Berücksichtigung moderner Anschauungen dargestellt [Wiesbaden 1870, Stuttgart 2 1891].
Laufer, L'esclavage et la Bible [Lausanne 1891].
*C. F. Lehmann-Haupt, Israel, seine Entwicklung im Ramen der Weltgeschichte [Tübingen 1911].

*W. Lotz, Sabbathjahr und Jobeljahr (in: H. R. E. XVII [3 1906] pp. 292—295).
H. Mandl, Das Sklavenrecht des alten Testaments. Eine rechtsgeschichtliche Studie (in: Virchow-Holtzendorffs Sammlung N. F. I Ser. Heft 23 [1886]).
J. D. Michaëlis, Mosaisches Recht [2 1788—1793].
J. C. Mieg, Constitutiones servi hebraei ex Script. et Rabbinis collectae [Herborn 1735].
Mielziner, Die Verhältnisse der Sklaven bei den alten Hebräern, nach biblischen und talmudischen Quellen dargestellt [Kopenhagen 1859].
*W. Nowack, Lehrbuch der Hebräischen Archäologie [Tübingen 1894—1904] (= H. A.).
Oehler, Sklaverei bei den alten Hebräern (in: H. R. E. XIV [1 1861] pp. 464—473; Oehler-v. Orelli, XIV [2 1884] pp. 338—345).
v. Orelli, Sklaverei bei den alten Hebräern (in: H. R. E. XVIII [3 1906] pp. 419—422).
*D. Plooy, De bronnen voor onze kennis van de Essenen [Leiden 1902].
*Th. Reinach, Iudaei (in: D. e. S. [1900] pp. 619—632).
J. L. Saalschütz, Das mosaische Recht mit Berücksichtigung des späteren jüdischen [2 1853].
J. L. Saalschütz, Archaeologie der Hebräer II [1856].
Ed. Schall, Die Staatsverfassung der Juden auf Grund des alten Testamentes I [Leipzig 2 1896].
*E. Schürer, Geschichte des jüdischen Volkes im Zeitalter Jesu Christi [Leipzig I 3.4 1901, II 4 1907, III 4 1909].
*G. Uhlhorn, Essener (in: H. R. E. V [3 1898] pp. 524—527).
*H. Vogelstein-P. Rieger, Geschichte der Juden in Rom I, II [Berlin 1895, 1896].
*P. Volz, Die Biblischen Altertümer [Calw-Stuttgart 1914].
de Wette-Raebiger, Lehrbuch der hebr.-jüd. Archäologie [4 1864].

Talmud.

*D. Farbstein, Das Recht der unfreien und der freien Arbeiter nach jüdisch-talmudischem Recht verglichen mit dem antiken, speziell mit dem röm. Recht [Frankfurt 1896].
Grünebaum, Die Sklaven nach rabbinischen Gesetzen (in: Geigers J. Z. X [1872] pp. 26—45).
*R. Grünfeld, Die Stellung der Sklaven bei den Juden nach biblischen und talmudischen Quellen [Breslau 1886].
Z. Kahn, L'esclavage selon la Bible et le Talmud (in: Rapport sur la situation morale du séminaire israélite [Paris 1867]). Germanice: Die Sklaverei nach Bibel und Talmud (J. Singer) [Prag 1888].
*J. C. Kall, De servis et de ancillis [1744].
*S. Krauss, Talmudische Archäologie II [Leipzig 1911], pp. 83—111.
M. Olitzki, Der jüdische Sklave nach Josephus und der Halacha (in: Mag. f. d. Wiss. d. Jud. XVI [1889] pp. 73—83).
*H. L. Strack, Einleitung in den Talmud [Leipzig 4 1908].
J. Winter, Die Stellung der Sklaven bei den Juden in rechtlicher und gesellschaftlicher Beziehung nach talmudischen Quellen [Breslau 1886].

D. Opera quibus de servitute apud Graecos et Romanos agitur.

I. Apud Graecos et apud Romanos.

P. Allard, Colliers d'esclaves (in: Dict. d'Arch. Chrét.).
L. Beauchet, Servi (in: Dar. en Saglio, Dict. d. ant. grecques et romaines (= D. e. S.) IV, 2 [Paris 1909] coll. 1260—1268.
H. Blümner, Die Gewerbliche Tätigkeit der Völker des klass. Altertums [Leipzig 1869].
Boeger, De mancipiorum commercio [Berolini 1841].
*F. Buhl, Hellenisten (in: H. R. E. VII [³1899], pp. 624 sq.)
F. Cauer, Die Stellung der arbeitenden Klassen in Hellas und Rom (in: N. J. kl. A. [1899] pp. 686 sqq.).
*V. Chapot, Servi (in: D. e. S. IV, 2 [1909] coll. 1268—1280.
*E. Ciccotti, Il tramonto della schiavitù nel mondo antico. Un saggio [Torino 1899]; Der Untergang der Sklaverei im Altertum, Deutsch von Oda Olberg [Berlin 1910]; Le Déclin de l'Esclavage antique, trad. par. G. Platon [Paris 1910], (rec. R. Lange, in W. kl. Phil. XVI pp. 761—770).
W. Drumann, Die Arbeiter und Communisten in Griechenland und Rom [Königsberg 1860].
*P. Guiraud, Études économiques sur l'antiquité [Paris 1905].
Hausdörffer, De servis qui doctrinae laude floruerunt [Helmstadt 1856].
Heyne, E quibus terris mancipia in Graecorum et Romanorum fora advecta fuerint (= Opusc. IV, p. 120 sqq.).
Huch, Die Organisation der öffentlichen Arbeit im Altertum [Leipzig 1903].
*C. Jentsch, Die Sklaverei bei den antiken Dichtern (in: Drei Spaziergänge eines Laien im klass. Altert. [Leipzig 1900]), cf. Grenzboten, LIII [1904] pp. 384 sqq.
J. Keiffer, L'esclavage à Athènes et à Rome d'après les auteurs grecs et latins [Luxembourg 1896].
P. Louis, L'esclavage dans l'industrie antique (in: Revue bleue [1911]).
L. A. Martin, Mémoire sur l'esclavage chez les Grecs et les Romains (in: Mém. du congr. hist. [Paris 1835]).
R. Ménard et C. Sauvageot, La vie privée des anciens [Paris 1880—83], III: Le travail dans l'antiquité.
*L. Mitteis, Reichsrecht und Volksrecht in den östlichen Provinzen des römischen Reiches [Leipzig 1891].
*O. Neurath, Antike Wirtschaftsgeschichte [Leipzig 1909, ²1918].
O. Neurath, Zur Anschauung der Antike über Handel, Gewerbe und Landwirtschaft (in: Jahrb. f. Nationalök. u. Statistik, 3e Folge, Bd. 32, [1907]).
*R. von Pöhlmann, Geschichtes des antikes Kommunismus und Sozialismus, I, II, [München, ¹1893, 1901]² = Geschichte der sozialen Frage und des Sozialismus in der antiken Welt I, II [München 1912].
Reitzenstein, Werden und Wesen der Humanität im Altertum [Strassburg 1907].

Rodbertus, Untersuchungen auf dem Gebiete der Nationalökonomie des klass. Altert. (in: Jahrb. f. Nationalök. u. Stat. [1865] pp. 300 sqq.).
Roscher, Ueber das Verhältnis der Nationalökonomie zum klass. Alterthum (in: Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. [1849]).
* Schmoller, Ueber Wesen und Verfassung der grossen Unternehmungen (in: Zur Sozial. und Gewerbepolitik der Gegenwart. Reden und Aufsätze [1890]).
M. Schneidewin, Antike Humanität [Berlin 1897].
L. Wenger, Das Recht der Griechen und Römer (in: Allgemeine Rechtsgeschichte Ie Hälfte = K. d. G. II, VII, 1 [Leipzig und Berlin 1914]).

II. Apud Graecos.

Ardaillon, Les mines du Laurion dans l'antiquité [Paris 1897].
Barbagallo, I danni sociali della schiavitù in Grecia (in: La fine della Grecia Antica [Milano 1905]).
* L. Beauchet, Histoire du droit privé de la république athénienne II [Paris 1897] (= H. d. d. p.).
* K. J. Beloch, Griechische Geschichte seit Alexander (in: Gercke-Norden, E. A. W. III [Leipzig und Berlin 2 1914]).
Bippart, Die Sklaverei bei den Griechen (in: Prutz deutsch. Mus. I [1851], pp. 876 sqq.).
F. Blass, Die sozialen Zustände Athens im IV Jahrhundert v. Chr. [Kiel 1885].
M. Bloch, Die Freilassungsbedingungen der delphischen Freilassungsurkunden [Strassburg 1915].
* A. Boeckh-Fränkel, Die Staatshaushaltung der Athener I, II [1817], III [1840], [2 1851], [Berlin 3 1886].
* E. Boisacq, Dictionnaire étymologique de la langue grecque [Heidelberg-Paris 1916].
V. Brandts, De la condition du travailleur libre à Athènes (in: Rev. Ens. Publ. Belg. [1883] pp. 106 sq.).
F. Bücheler-E. Zitelmann, Das Recht von Gortyn [Frankf. a. M. 1885].
* B. Büchsenschütz, Besitz und Erwerb im griechischen Alterthume [Halte 1869].
* J. Burckhardt-J. Oeri, Griechische Kulturgeschichte I [Berlin—Stuttgart 2 1898].
J. Burckhardt, Sklaverei in Griechenland (in: Zukunft VII, 1 [1899]).
* C. Bursian, Geographie von Griechenland [Leipzig 1862—1872].
G. Busolt, Griechische Staatenkunde [1914].
G. Busolt, Handbuch d. Griechischen Staatsalterthümer (= Iw. v. Müller IV, 1, 1 [München 1892].
Caillemer et Foucart, Ἀπελεύθεροι (in: D. e. S.).
* A. Calderini, La manomissione e la condizione dei liberti in Grecia [Milano 1908].
Cardinali, Note di terminologia epigraphica (in: Rendic. d. R. Accad. d. Lincei XVII [1908]).
* W. v. Christ-W. Schmid, Griechische Litteraturgeschichte I [München 6 1911] II, 2 [5 1913].

Clerc, Les methèques athéniens [Paris 1893].
A. Croiset, L'affranchissement des esclaves pour faits de guerre (in: Mélanges H. Weil [1899]).
E. Curtius, Anecdota Delphica [Berolini 1893].
*R. Dareste-B. Haussoullier-Th. Reinach, Recueil des inscriptions juridiques grecques I, II [Paris 1891, 1898—1904].
Drachmann, De manumissione servorum apud Graecos qualem ex inscriptionibus cognoscimus (in: Nordisk Tidskrift for Philologie VII pp. 246, VIII [1887], pp. 1—74).
G. Foucart, De libertorum conditione apud Athenienses [Lutetiae Parisiorum 1896).
P. Foucart, Mémoire sur l'affranchissement des esclaves par forme de vente à une divinité d'après les inscriptions de Delphes [Paris 1866].
*H. Francotte, L'industrie dans la Grèce ancienne I, II [Bruxelles 1900—1901], rec. Lenschau (in: Bursians Jahresber. 122 [1904] pp. 293—300).
H. Francotte, De la condition des étrangers dans les cités grecques (in: Musée belge VI, 4 [1903]).
*H. Francotte, Industrie und Handel. A. Bei den Griechen (in: P. W. R. E. IX [1916], coll. 1381—1439.
I. Franke, De manumissionibus Delphicis [Münster 1904].
Frohberger, De opificum apud veteres Graecos condicione [Grimmae 1866].
Gigli, Delle mercede nell' antica Grecia I (Dei prezi degli schiavi) (in: Memorie dell' Accademia dei Lincei V, 4, pp. 1 sqq.).
*G. Gilbert, Handbuch der Griechischen Staatsalterthümer [Leipzig I ²1893, II ¹1883].
G. Glotz, Le travail dans la Grèce ancienne [Paris 1920].
G. B. Grundy, Thucydides and the History of his age [London 1911].
*P. Guiraud, La main d'oeuvre industrielle dans l'ancienne Grèce [Paris 1900].
*P. Guiraud, La propriété foncière en Grèce jusqu' à la conquête romaine [Paris 1893].
*Hepding, Hieroduloi (in: P. W. R. E. VIII [1913], coll. 1459—1468).
C. F. Hermann-H. Blümner, Griechische Privatalterthümer (= Lehrbuch der Griechischen Antiquitäten III, 2 [Tübingen ³1882].
Hirt[ius], De Hierodulis [Berolini 1818].
Hogarth, Hierodouloi (in: Enc. of Rel. a Eth. [Edinburgh 1913]).
J. F. Jugler, Ἀνδραποδοκαπηλεῖον sive de nundinatione servorum apud veteres [Lipsiae 1741].
Kaehler, De partibus servorum qui sunt in Aristophanis Equitibus, Vespis, Pace [Weimar 1877].
*J. Kaerst, Geschichte des hellenistischen Zeitalters II, 1 [Leipzig-Berlin 1909].
A. D. Kerampullos, Die eigenhändigen Unterschriften in den delphischen Freilassungsurkunden (in: Beitr. z. a. Gesch. (Klio) IV, 1, p. 18).
*Köhler, Beiträge z. Gesch. der Pentakontaetie (in: Hermes XXIV [1889]).
Kohler-Ziebarth, Stadtrecht von Gortyn. [1912].
*M. Lambertz, Zur Etymologie von δοῦλος (in: Glotta VI, 1, pp. 1—18).
Ch. Lecrivain, Observations sur la contrainte par corps dans le droit grec (in: Mélanges de Rossi, pp. 293 sq.).

*G. Legerlotz, Etymologische Studien. δοῦλος und seine nähere und fernere Verwandtschaft [1882].

Mauri, Il salariato libero e la concorrenze servile ad Atene (in: Studi e documenti di storia e diritto [1895]).

Mauri, I cittadini lavoratori dell' Attica nei secoli V—IV av. Cr. [Milano 1895].

*M. H. E. Meier-G. F. Schömann-J. H. Lipsius, Das attische Recht und Rechtsverfahren [Leipzig 1905—1915].

E. Nachmanson, Freilassungsurkunden aus Lokris (in: Mitt. D. Arch. Inst. Ath. Abt. [1907] pp. 1—70).

*R. v. Pöhlmann, Grundriss der griechischen Geschichte [München [3]1906].

*W. Prellwitz, Etymologisches Wörterbuch der griechischen Sprache [Göttingen [2]1905].

W. M. Ramsay, The slaves in the Wasps (in: Class. Rev. VII [1898] pp. 335—337).

Reitemeier, Geschichte und Zustand der Sklaverei und Leibeigenschaft in Griechenland [Berlin 1789].

(Gu. =) W. Rensch, De manumissionum titulis apud Thessalos [Halis Saxonum 1908].

*H. Richard, De servis apud Homerum [Berolini 1851].

W. Richter, Die Sklaverei im griechischen Altertum [1886].

A. Riedenhauer, Handwerk und Handwerker in den homerischen Zeiten [Erlangen 1873].

K. Schenkl, De metoecis atticis (in: Wien. Stud. II [1880]).

G. Schmidt, Quae fuerit apud Graecos servorum condicio temporibus Homeri (in: Jahresb. üb. d. Stadtgymn. zu Memel [1867]).

J. Schmidt, Der Sklave bei Euripides [Grimma 1892].

*L. Schmidt, Die Ethik der alten Griechen I, II [1882].

*G. F. Schömann-J. H. Lipsius, Griechische Altertümer I, II [Berlin [4]1897—1902].

D. Seymour, Slavery and Servitude in Homer (in: The Amer. Journ. of Arch. V [1901] pp. 23 sq.).

O. Silverio, Untersuchungen zur Geschichte der attischen Staatssklaven [München 1900].

H. Swoboda, Beiträge zur griechischen Rechtsgeschichte [Weimar 1905].

H. Swoboda, Ueber die altgriechische Schuldknechtschaft (in: Z. Sav. R. XXVI [1905] pp. 149—284).

E. Szanto, Freilassungstermine (in: Wien. Stud. II [1902] pp. 582—585).

Th. Thalheim, Freigelassene (in: P. W. R. E. VII [1912] coll. 95—100).

*Th. Thalheim, Δοῦλοι (in: P. W. R. E. V [1905] coll. 1785—1790).

V. Thumser, Untersuchungen über die attischen Metöken (in: Wien. Stud. [1885] pp. 45 sqq.).

St. Waszynski, De servis Atheniensium publicis [Berol. 1898].

St. Waszynski, Ueber die rechtliche Stellung der Staatssklaven in Athen (in: Hermes XXXIV [1899] pp. 553—567).

*U. von Wilamowitz-Moellendorf, Staat und Gesellschaft der Griechen (in: K. d. G. II, IV, 1 [Berlin und Leipzig 1910]).

M. Wundt, Geschichte der griechischen Ethik I, II [Leipzig 1908, 1911].

Papyri.

A. Bouché-Leclercq, Histoire des Lagides III, IV [Paris 1906].
*Graeca Halensis, Dikaiomata, Auszüge aus Alexandrinischen Gesetzen und Verordnungen in einem Papyrus (Hal. 1) [Berlin 1913].
*N. Hohlwein, La papyrologie grecque [Louvain 1905].
*G. Lumbroso, Recherches sur l'économie politique de l'Égypte sous les Lagides [1870].
*L. Mitteis, Ueber die Freilassung durch den Teileigentümer eines Sklaven (in: Arch. f. Pap. Forsch. III, 2 [1906] pp. 252—256).
*L. Mitteis-U. Wilcken, Grundzüge und Chrestomathie der Papyruskunde I, II [Leipzig 1912].
J. Partsch, Die alexandrinischen Dikaiomata (in: A. P. VI [1913], pp. 34—76).
F. Preisigke, Ein Sklavenkauf des 6. Jahrh. (in: A. P. III [1905], pp. 415—424).
*W. Schubart, Alexandrinische Urkunden aus der Zeit des Augustus (in: A. P. V [1909—1913] pp. 35—131).
*W. Schubart, Einführung in die Papyruskunde [Berlin 1918] (= E. P.).
C. Wachsmuth, Wirtschaftliche Zustände in Aegypten während der griech.-röm. Periode (in: Jahrb. f. Nationalök. und Stat. III Folge, XIX [1900] pp. 771—809).
*E. Weiss, Communio pro diviso und pro indiviso in den Papyri (in: A. P. IV [1908] pp. 330—365).
C. Wessely, Sklaven-Prosangelie bei der Bibliotheke Enkteseon (in: Stud. z. Pal. u. Papyruskunde XIII, 1).
*C. Wessely, Aus der Welt der Papyri [Leipzig 1914].
U. Wilcken, Papyrusurkunde über einen Sklavenkauf aus dem Jahre 359 n. Chr. (in: Hermes XIX [1884] pp. 417—431).
*U. Wilcken, Griechische Ostraka aus Aegypten und Nubien. Ein Beitrag zur antiken Wirtschaftsgeschichte, I [Leipzig-Berlin 1899] pp. 681—704: Sklaverei und freie Arbeit.
*U. Wilcken, Papyrusurkunden (in: A. P. V [1909] pp. 198 sqq.).
*St. Witkowsky, Epistulae privatae Graecae quae in Papyris aetatis Lagidarum servantur [Lipsiae ²1911].

III. Apud Romanos.

Adam, Die Sclaverei und die Freilassung bei den Römern [Tübingen 1866].
F. Affolter, Die Persönlichkeit des herrenlosen Sklaven. Ein Stück aus dem römischen Sklavenrecht [Leipzig 1913].
G. d'Arnaud, De iure servorum apud Romanos [Franequerae 1734, Leovardiae 1744].
G. d'Arnaud, De his qui pretii participandi causa sese venumdari patiuntur [Leovardiae 1744].
M. Bang, Die Herkunft der römischen Sklaven (in: Mitt. d. K. deutsch. Archäol. Inst. Rom. XXV [1910] pp. 223 sqq.; XXVII, pp. 189—221).
W. A. Becker-W. Rein-H. Göll, Gallus oder römische Szenen der Zeit des Augustus zur genaueren Kenntnis des römischen Privatlebens II [Berlin ³1880—1882] pp. 99—154.

*W. A. Becker-J. Marquardt, Handbuch der römischen Alterthümer V, 1 [Leipzig 1864].

A. Berger, Streifzüge durch das römische Sklavenrecht (in: Philologus LXXIII, 1 [1914] pp. 61—108).

Biot, De l'abolition de l'esclavage ancien en Occident [Paris 1840].

Th. Birt, Zur Kulturgeschichte Roms [Leipzig ³1917].

W. Blair, An inquiry into the state of slavery among the Romans [Edinburgh 1833].

*L. Bloch, Soziale Kämpfe im alten Rom [Leipzig-Berlin ³1913].

*H. Blümner, Die Römischen Privataltertümer (= Iw. v. Müller, Handb. d. klass. A. W. IV, 2, 2) [München 1911] (= R. P. A.).

Bodemeyer, De manumissione testamentaria atque de fideicommisso libertatis [Göttingen 1852].

G. Boissier, La religion romaine d'Auguste aux Antonins [Paris 1874, ³1884].

*H. Bolkestein, De colonatu Romano eiusque origine [Amstelodami 1906], (ubi vide alia opera quibus de colonatu agitur).

*H. Bolkestein, Het dubbel karakter der oude geschiedenis [Utrecht 1915].

*H. Bolkestein, Oude Geschiedenis (in: De klass. oudh. i. h. Gymnasiaal ond. Rapp. i. opdr. v. h. Gen. v. Leer. a. Ned. Gymn. samengest. door J. W. Bierma, H. Bolkestein, E. H. Renkema, J. v. IJzeren [Leiden 1916] pp. 121—184).

*G. Bortolucci, La manomissione parziale dello schiavo comune da parte di un condomino (in: Studi Romanistici [Padova 1906] pp. 5—56.

St. Brassloff, Zur Lehre von den Freilassungen in der römischen Kaiserzeit (in: Rhein. Mus. LXVIII, 3 [1913] pp. 412—418.

K. Bücher, Die Aufstände der unfreien Arbeiter 143—129 v. Chr. [Frankfort 1874].

W. W. Buckland, The Roman Law of Slavery. The condition of the Slaves. Private life from Augustus to Justinian [Cambridge 1909]; cf. N. R. Droit XXXII [1908] pp. 226 sqq.

Burigny, Sur la condition des esclaves à Rome (in: Mém. de l'Acad. des Inscr. XXXV).

G. de Caqueray, De l'esclavage chez les Romains (in: Rev. hist. d. droit franç. et étrang. X [Paris 1864]).

Chalandon, De servis apud Plautum [Lyon 1875].

Ciaceri, Esame crit. d. storia d. guerre servili in Sicilia (in: Arch. Stor. Sicil. Or. [1907, 1908]).

C. von Czyhlarz, Lehrbuch der Institutionen des Römischen Rechts [Leipzig ⁹·¹⁰1908].

De Felice Giuffrida, Le guerre servili [1911].

A. Deschamps, Sur l'expression „locare operas" et le travail comme objet de contrat à Rome (in: Mél. Gérardino [Paris 1907] pp. 157—179).

A. Duchauffour, De la condition des esclaves en droit romain [Paris 1878].

Dureau de la Malle, Mém. sur l'agriculture romaine depuis Caton le censeur jusqu'à Columella (in: Mém. de l'Acad. des Inscr. XIII [1828] p. 416 sqq.).

Eisele, Zum römischen Sklavenrecht (in: Z. S. R. Rom. XXVI [1905] pp. 66—83).
S. Eitrem, Ein Sklavenkauf aus der Zeit des Antoninus Pius [Kristiania 1916].
Erman, Servus vicarius, l'esclave de l'esclave Romain [Lausanne 1896].
*J. J. Esser, De pauperum cura apud Romanos [Campis 1902].
Fowler, Social live at Rome in the age of Cicero [London 1909].
Frayer, De la condition en matière d'affranchissement [Paris 1887].
*L. Friedländer, Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms in der Zeit von August bis zum Ausgang der Antonine, I [Leipzig [8]1910].
Gessner, De servis Romanorum publicis [Berolini 1844].
P. Goutard, De la personnalité de l'esclave [Paris 1884].
Gradenwitz, Natur und Sklave bei der naturalis obligatio (in: Festg. d. Königsb. Jur. Fak. f. Schirmer [1900]).
H. Gummerus, Industrie und Handel. B. Bei den Römern (in: P. W. R. E. IX [1916] coll. 1439—1535)..
H. Gummerus, Die römische Industrie, Wirtschaftsgeschichtliche Untersuchungen (in: B. A. G. (Klio) XIV· pp. 129—184, XV [1918] pp. 256—302).
L. Halkin, Les esclaves publics chez les Romains [Lièges 1897].
L. M. Hartmann, Ueber die Ursache des Unterganges des römischen Reiches (in: Arch. f. soz. Gesetzgeb. u. Stat. II [1889]).
[v. Heister], Sclavenhandel und Sclavenmarkt, Eunuchen und Hetaeren bei den Römern [Stettin 1856].
K. Hoffmeister, Die Wirtschaftliche Entwicklung Roms [Wien 1899].
Humbert, De la condition des ouvriers libres chez les Romains (in: Recueil de l'Acad. de législation de Toulouse XVII [1868]).
R. von Iherung, Geist des römischen Rechts auf den verschiedenen Stufen seiner Entwicklung II [[5]1894] pp. 166—182.
*Kalb, [rec. opera ad XII Tab. spectantia] (in: Burs. Jahresber. CXXXIV [1907] pp. 26 sq.).
Koester, De captivis Romanis [Gissae 1904].
Kromayer, Die wirtschaftliche Entwicklung Italiens im II und I Jahrhundert vor Chr. (in: N. J. kl. Alt. XXXIII [1914]).
G. Kühn, De opificum Romanorum condicione privata quaestiones [Halle 1910].
Ch. Lécrivain, Libertus, Libertinus, Manumissio, Vicarius, Servitus Poenae (in: D. e. S.).
E. Lehmann, De publica Romanorum servitute quaestiones [Leipzig 1889].
G. A. Leist, Addictus (in P. W. R. E. I [1894], coll. 352 sq.).
H. Lemonnier, Étude historique sur la condition privée des affranchis aux trois premiers siècles de l'Empire romain [Paris 1887].
Ph. Lotmar, Marc Aurels Erlass über die Freilassungsauflage (in: Z. S. R. Rom. [1912] pp. 304—382).
*P. Louis, Le travail dans le monde romain [Paris 1912].
*J. Marquardt, Das Privatleben der Römer I [Leipzig [1]1879] pp. 133—191, 2 [1886 (A. Mau)] pp. 139—202 (= Handb. d. Röm. Alterthümer von J. Marquardt und Th. Mommsen VII).
*L. Mitteis, Römisches Privatrecht I [1908].
*Th. Mommsen, Römische Geschichte II [Berlin [9]1903], V [[5]1904].

Th. Mommsen, Bürgerlicher und peregrinischer Freiheitsschutz im römischen Staat (in: Berl. Festg. f. G. Beseler pp. 255—272) (= Ges. Schr. III pp. 10 sqq.)

V. Muchin, Die Lage der Sklaven im röm. Reich in der vorchristlichen Periode [Kiev 1916].

Nègre, Condition des affranchis [Paris 1886].

*B. Niese, Staat und Gesellschaft der Römer (in: K. d. G. II, IV, 1, [Berlin und Leipzig 1910]).

A. Oxé, Zur älteren Nomenclatur der römischen Sklaven (in: Rhein. Mus. [1904] pp. 108—140).

Pagès, De l'infériorité sociale des affranchis [Paris 1886].

Pallier, Condition juridique des affranchis [Paris 1890].

H. H. Pflüger, Nexum und Mancipium [1908].

Piacenza, La schiavitù in Roma antica [1895].

L. Pignorius, De servis et eorum apud veteres ministeriis commentarius in quo familia tum urbana cum rustica ordine producitur et illustratur [Patavii 1656].

T. Popma, De operibus servorum [Antverpiae 1606].

Rathke, De bellis servilibus capita selecta [Berol. 1904]. .

*Rodbertus, Zur Geschichte der agrarischen Entwicklung Roms (in: Jahrb. f. Nationalök. u. Stat. II [1864]).

*Rodbertus, Zur Geschichte der römischen Tributsteuern seit Augustus (ibidem IV [1865]).

F. W. E. Rost, De nuptiis servorum [Leipz. 1836].

*M. Rostowzew, Der Ursprung des Colonats (in: B. A. G. (Klio) I [1902]).

M. Rostowzew, Studien zur Geschichte des römischen Kolonats (= 1es Beiheft zum A. P. [1910]).

M. Rostowzew, Kolonat (Rom) (in: Conr. Handw. Staatsw. V [31910] pp. 913—921).

C. Salkowski, Zur Lehre vom Sklavenerwerb [1891].

Schambach, Der italische Sklavenkrieg 74—71 v. Chr. [1872].

Ad. Schmidt, Deliktfähigkeit der Sklaven [1873].

Schneider, Zur Geschichte der Sklaverei im alten Rom [Zürich 1902].

A. Schulten, Ein römischer Kaufvertrag auf Papyrus aus dem Jahre 166 n. Chr. (in: Hermes XXXII [1897] pp. 273—289).

Schumacher, De servis publicis populi Romani [Altona 1806].

O. Seeck, Geschichte des Untergangs der antiken Welt I [Berlin 21897, 1898] pp. 309—337.

L. v. Seuffert, Der Loskauf von Sklaven mit ihrem Geld. Eine rechtsgeschichtliche Untersuchung [Giessen 1907].

O. Siefert, Die Sklavenkriege [Altona 1860].

*N. J. Singels, [De Romeinsche Slavenwereld] (in: Versl. alg. verg. prov. Utr. Genootsch. [1914] pp. 7—43).

*R. Sohm, Institutionen. Geschichte und System des römischen Privatrechts [Leipzig 131909, 141911].

Teissier, Des affranchissements par acte de dernière volonté [Paris 1886].

Tarlara, De servorum personis in Aulularia Plautina (in: Riv. d. Fil. Class. XXVII, 2, pp. 193 sqq.).

T. Trinchery, Studi sulla condizione degli schiavi in Roma [Roma 1888].

A. Typaldo-Bassia, Des classes ouvrières à Rome [Paris 1892].
Unterholzner, Manumissio per vindictam (in: Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswiss. II, pp. 139 sqq. [Berlin 1916]).
*A. Walde, Lateinisches Etymologisches Wörterbuch [Heidelberg [2]1910].
*M. Weber, Die sozialen Gründe des Untergangs der antiken Kultur (in: Die Wahrheit 6, 3 [Stuttgart 1896] pp. 57—77].
M. Weber, Die römische Agrargeschichte [Stuttgart 1891].
E. Wezel, De opificio opificibusque apud veteres Romanos [Berolini 1881].
*P. Willems, Le droit public Romain [Louvain [7]1910].
G. Wissowa, Religion und Kultus der Römer (= Iw. v. Müller, Handb. V, 4 [[2]1902]).
M. Wlassak, Die prätorischen Freilassungen (in: Z. S. R. Rom. XXVI [1905] pp. 367—431).
C. O. Zuretti, Il servo nella Commedia Greca Antica (in: Riv. Fil. Class. XXXI, 1 [1903] pp. 46 sqq.).

IV. De numero servorum antiquorum.

*K. J. Beloch, Die Bevölkerung der griechisch-römischen Welt [Leipzig 1886] (= B. G. R. W.). Cf. Th. Lenschau (in: Burs. Jahresber. 122 (XXXII) [1904].
*K. J. Beloch, Die Sklavenzahl Böotiens im fünften Jahrh. (in: Hermes XXIV [1889] pp. 479 sq.).
*K. J. Beloch, Zur Bevölkerungsgeschichte des Altertums (in: Conr. Jahrb. LXVIII [1897] pp. 321—343).
*E. Ciccotti, Del numero degli schiavi nell' Attica (in: Rendic. dell' Istituto Lombardo [1897]).
*E. von Dobschütz, Die Urchristlichen Gemeinden. Sittengeschichtliche Bilder [Leipzig 1902] pp. 265 sq.
E. Kornemann, Die römischen Censuszahlen als statistisches Material (in: Conr. Jahrb. LXIV [1897] pp. 291—296).
Letronne, Mémoire sur la population de l'Attique (in: Mém. de l'Acad. des inscr. VI [1882]).
Ed. Meyer, Bevölkerungswesen. Die Bevölkerung des Altertums (in: Conr. Handw. d. Staatsw. II [[3]1909] coll. 898—913).
Ed. Meyer, Die Zahl der römischen Bürger unter Augustus (in: Conr. Jahrb. LXX [1898] pp. 59—65).
*O. Seeck, Die Statistik in der alten Geschichte (in: Conr. Jahrb. LXVIII [1897] pp. 161—176).
C. Wachsmuth, Zwei Kapitel aus der Bevölkerungsstatistik der alten Welt (in: B. A. G. (Klio) III [1903]).
Vide praeterea opera allata apud Lübker, Reall. [Leipzig-Berlin [8]1914] i. v. Bevölkerungswesen im Altertum.

V. De Philosophia antiqua.

P. Allard, La Philosophie antique et l'esclavage (in: Études d'histoire et d'archéol. pp. 1—90).
Eleutheropoulos, Die Philosophie und die sozialen Zustände des Griechentums [[3]1915].
Gréard, De la morale de Plutarque [Paris 1866].

*J. Kaerst, Geschichte des hellenistischen Zeitalters II, 1 [Leipzig 1909], pp. 372—374: Die ursprüngliche Begründung der Humanitätsidee in der griechischen Philosophie.
F. Leiz, Rassewerbung in der hellenischen Philosophie (in: Arch. f. Rassen- und Gesellschaftsbiologie [1913].
Ott, Die Humanitätslehren heidnischer Philosophien um die Zeit Christi (in: Theol. Quartalschr. LII [1870] pp. 355 sqq.)
L. Stein, Die soziale Frage im Lichte der Philosophie [2 1903].
F. Weber, Platons Stellung zu den Barbaren [München 1904].
E. Zeller, Die Philosophie der Griechen, III, 2, 2 [4 1903].

Aristoteles.

Göttling, De notione servorum apud Aristotelem [Jena 1821].
W. T. Krug, De Aristotele servitutis defensore [Lipsiae 1813], Aristoteles und die Sklaverei [Leipzig 1813].
W. Oncken, Die Staatslehre des Aristoteles II [1875] pp. 29—74: Die Sklaverei als Naturgesetz.
L. Schiller, Die Lehre des Aristoteles von der Sklaverei [Erlangen 1847].
S. L. Steinheim, Aristoteles über die Sklavenfrage [Hamburg 1853].
S. Talamo, Il concetto della schiavitù di Aristotele ai dottori scolastici [Roma 1908], cf. Studi e Documenti di Storia del Diritto III, IV.
W. Uhde, De Aristotele, quid senserit et de servis et de liberis hominibus et de reipublicae principiis [Berolini 1856].

Stoa.

P. Barth, Die Stoa [Stuttgart 2 1908].
Laferrière, Mémoire concernant l'influence du stoïcisme sur la doctrine des jurisconsultes romaines (in: Mem. de l'Acad. des sc. mor. et pol. X [Paris 1860], pp. 579—685).
Rausch, Die Stoa (in: N. J. kl. A. [1903], pp. 241—265).
A. Schmekel, Philosophie der mittleren Stoa [Berlin 1892].
*F. Vollmann, Ueber das Verhältnis der späteren Stoa zur Sklaverei im römischen Reiche. Programm zum Jahresbericht über das Kgl. alte Gymnasium zu Regensburg im Studienjahr 1889 90 [Erlangen 1890].

E. Opera quibus de rationibus inter servitutem et religionem Christianam intercedentibus agitur.

G. Abignente, La schiavitù nei sui rapporti colla chiesa e col laicato [1890].
A. B. D. Alexander, The Ethics of St. Paul [Glasgow 1910].
*P. Allard, Les esclaves chrétiens depuis les premiers temps de l'église jusqu'à la fin de la domination romaine en occident [Paris 1 1876, 5 1914].
Amelung, Der Apostel Paulus und die Dienstbotenfrage (in: D. alte Glaube X [Leipzig 1909] pp. 575 sqq.).

[Anonymus] [Die Sklavenfrage im jungen Christentum] (in: Hist. pol. Bl. f. d. kath. Deutschl. CXLVI, 11 [1910] pp. 848 sqq.).

F. C. Baur, Das Christenthum und die christliche Kirche der drei ersten Jahrhunderte [Tübingen 2 1860].

*H. Bavinck, Christelijke beginselen en maatschappelijke verhoudingen (in: Christendom en Maatschappij I, 1 [Utrecht 1908]).

*H. Bavinck, Gereformeerde Dogmatiek III [Kampen 2 1910].

G. A. van den Bergh van Eysinga, Karl Kautsky's opvatting van het oudste Christendom aan de bronnen getoetst [1911].

*P. Biesterveld, Corinthe's Gemeente ten tijde van Paulus [Kampen 1907].

Ed. C. Biot, De l'abolition de l'esclavage ancien en Occident [Paris 1840].

Th. Borret, De Christenslavin in dienst bij heidensche meesters (in: Versl. en meded. d. K. Akad. v. Wet. Afd. Lett. IIe Reeks, 8e deel [Amsterdam 1878] pp. 97—210).

Böttner, Die Aufhebung der Sklaverei durch das Christentum [Frankfurt a. M.].

*Th. Brecht, Kirche und Sklaverei. Ein Beitrag zur Lösung des Problems der Freiheit [Barmen 1890].

L. Brentano. Die wirtschaftlichen Lehren des christlichen Altertums (in: Sitzungsber. d. phil. hist. Klasse d. Münch. Akad. [1902]).

*J. Buchmann, Die unfreie und die freie Kirche in ihren Beziehungen zur Sklaverei, zur Glaubens- und Gewissenstyrannei und zum Daemonismus [Breslau 1873, 2 1875].

C. A. Bugge, Das Christentum als Religion des Fortschritts. Aus dem Norwegischen übers. v. O. v. Harling [Giessen 1900].

S. Buss, Roman Law and History in the New Testament [London 1901].

J. E. J. Capitein, Dissertatio Politico-Theologica de servitute, libertati Christianae non contraria [Lugd. Bat. 1742]; Staatkundig-Godgeleerd Onderzoekschrift over de Slavernij, als niet strijdig tegen de Christelijke vrijheid (vertaald door Hieronymus de Wilhem [Leyden-Amsterdam 1742]).

T. Carlyle, The influence of Christiantly upon social and political ideas [London 1912],

J. S. Clemens, Slave, slavery (in: Hastings, Dict. of the apost. Church II [1918].

*A. Deissmann, Bibelstudien. Beiträge zumeist aus den Papyri und Inschriften, zur Geschichte der Sprache, des Schrifttums und der Religion des hellenistischen Judentums und des Urchristentums [Marburg 1894] (= B. St.).

*A. Deissmann, Neue Bibelstudien. Sprachgeschichtliche Beiträge zumeist aus den Papyri und Inschriften, zur Erklärung des N. T. [Marburg 1897] (= N. B. St.).

*A. Deissmann, Das Urchristentum und die unteren Schichten [Göttingen 2 1908].

*A. Deismann, Licht vom Osten. Das N. T. und die neuentdeckten Texte der hellenistisch-römischen Welt [Tübingen 2.3 1909] (= L. v. O.).

*A. Deissmann, Paulus. Eine kultur- und religionsgeschichtliche Skizze [Tübingen 1911].

*E. von Dobschütz, Die Urchristlichen Gemeinden. Sittengeschichtliche Bilder [Leipzig 1902] (= U. G.).
*E. von Dobschütz, Probleme des apostolischen Zeitalters [Leipzig 1904].
*E. von Dobschütz, Sklaverei und Christentum (in: H. R. E. XVIII [3 1906], pp. 423—433, XXIV [3 1913] p. 521).
*E. von Dobschütz, Das Urchristentum im Lichte unserer Zeit (in: Theol. Stud. u. Kritiken II [1917], pp. 129—167).
A. Eekhof, De negerpredikant Jacobus Elisa Joannes Capitein 1717—1747 ['s Gravenhage 1917].
Ehrhard, Das Christentum im römischen Reiche bis Constantin [Strassburg 1911].
W. van Es, De beteekenis van het Nieuwe Testament voor onze Christelijke sociale actie (in: Chr. en Maatsch. VIII [1916] pp. 14—26, 46—61).
E. Fedderson, Jesus und die socialen Dinge [1902].
Foerster, Christentum und Klassenkampf [1908].
Freeman, The Bible against the slavery [New-York 1831].
*C. Gerlings, De vrouw in het oud-Christelijke Gemeenteleven [Amsterdam 1913, 2 1914].
Grupp, Sklaverei (in: Wetzer und Weltes Kirchenlexikon XI [1899], coll. 400—420).
H., Der hl. Apostel Paulus und die Sklaverei (in: Hist. pol. Bl. f. d. Kath. Deutschl. CXLVII [1911] pp, 889—901).
A. v. Harnack, Das Urchristentum und die socialen Frage [1908] (= Aus Wiss. u. Leben II [Giessen 1911], pp. 274—277).
*A. v. Harnack, Der proletarische Charakter des Urchristentums. Offener Antwortschreiben an Herrn Dr. Max Maurenbrecher [1910] (= Aus Wiss. u. Leb. II pp. 175—182).
A. v. Harnack. Kirche und Staat bis zur Gründung der Staatskirche (in: K. d. G. I, 4, 1 [2 1909].
*A. v. Harnack, Die Mission und Ausbreitung des Christentums in den ersten drei Jahrhunderten I, II [Leipzig 3 1915] (= M. u A.).
*E. Havet, Le Christianisme et ses origines I [Paris 1 1871, 2 1873].
*C. J. Hefele, Sclaverei und Christenthum (in: Beitr. z. Kirchengesch. Archaeol. u. Liturgik I [Tübingen 1864],
*R. Herzog, Koische Forschungen und Funde [Leipzig 1899].
H. Holtzmann, Die ersten Christen und die soziale Frage [Frankfurt 1882].
Hundeshagen, Ueber die Natur und die Entwicklung der Humanitätsidee in ihrem Verhältnis zu Kirche und Staat [1853].
*A. Jersovšek, Die antik-heidnische Sklaverei und das Christentum Marburg 1902].
*A. Kalthoff, Das Christusproblem, Grundlinie zu einer Sozialtheologie [Leipzig 2 1903].
*A. Kalthoff, Die Entstehung des Christentums. Neue Beiträge zum Christusproblem [Leipzig 1904].
*K. Kautsky, Der Ursprung des Christentums. Eine historische Untersuchung [Stuttgart 1908].
*von Keppler, Die Sklavenfrage im Neuen Testamente (in: Theol. Quartalschr. LXXIII [1891] pp. 218—286).

*F. X. Kiefl, Die Theorien des modernen Sozialismus über den Ursprung des Christentums. Zugleich ein Kommentar zu 1 Kor. 7, 21 [Kempten 1915], (rec. W. Bauer in: Theol. Lit. Zeitg. [1916] coll. 511 sq.).
*F. X. Kiefl, Erklärung (in: Th. Rev. XVI [1917], coll. 469).
*R, Knopf, Ueber die soziale Zusammensetzung der ältesten heidenchristlichen Gemeinden (in: Zeitschr. f. Theol. u. Kirche, X [1900] pp. 325—347),
*H. Köhler, Sozialistische Irrlehren von der Entstehung des Christentums und ihre Widerlegung [1899].
A. Kuyper, Het sociale vraagstuk en de christelijke religie [Amsterdam 1891].
A. Kuyper, De Christus èn de sociale nooden [Amsterdam 1895].
N. J. Laforet, Etudes sur la civilisation européenne considérée dans ses rapports avec le Christianisme [Bruxelles 1851] pp. 171—195.
Lallier, Lettre sur la suppression de l'esclavage par le Christianisme (in: Correspondant XXX [1852] pp. 577—606).
Lavaque, De l'esclavage chez les nations chrétiennes [Paris 1870].
G. V. Lechler, Sklaverei und Christentum I, II [1877, 1878].
*H. M. R. Leopold, Nieuwe Archaeologische Gegevens over de Apostelen Petrus en Paulus (in: Onze Eeuw XVI, 3, [1916] pp. 441—461).
H. M. R. Leopold, De spiegel van het verleden [Rotterdam 1918].
A. D. Loman, Het Evangelie voor den vierden stand (in: De Gids [1874]).
*Chr. E. Luthardt, Vorträge über die Moral des Christenthums [Leipzig ^{5}1898].
Mangold, Humanität und Christentum [Bonn 1876].
M. Maurenbrecher, Von Nazereth nach Golgotha. Untersuchungen über die weltgeschichtlichen Zusammenhänge des Urchristentums [Berlin—Schöneberg 1909].
Michael, Kirche und Sklaverei nach Lujo Brentano (in: Zeitschr. f. Kath. Theol. XXXV [1911] pp. 386—394).
*J. A. Möhler, Bruchstücke aus der Geschichte der Aufhebung der Sclaverei durch das Christenthum in den ersten XV Jahrhunderten [1834] (= Ges. Schr. u. Aufs. hrsg. v. Döllinger [Regensburg 1839, 1840] II pp. 54—140).
Monod, Saint Paul et l'esclavage [1866].
V. Muchin, [Die Beziehungen des Christentums zur Sklaverei im römischen Kaiserreich. Kirchengeschichtliche Untersuchung] (lingua Russica) [Kiew. 1916].
Fr. Münter, Die Christin im heidnischen Hause vor den Zeiten Constantins des Grossen [Kopenhagen 1828].
*M. von Nathusius, Die Mitarbeit der Kirche an der Lösung der sozialen Frage [Leipzig ^{1}1895, ^{3}1907].
*F. Overbeck, Ueber das Verhältnis der alten Kirche zur Sclaverei im römischen Reiche (in: Studien zur Geschichte der alten Kirche I [Schloss-Chemnitz 1875] pp. 158—230).
*W. R. Paton-E. L. Hicks, The inscriptions of Cos [Oxford 1891].
Patrice-Laroque, L'esclavage chez les peuples chrétiens [Paris 1860].
F. G. Peabody, Jezus Christus und die soziale Frage [1903].

*D. Plooy, Op de grenzen van „Antike" en Christendom (in: Stemm. d. Tijds III [1913—1914]. pp. 643—668).
W. E. Raffety, Slaves (in: The Intern. Stand. Bible Enc. IV [1915] coll. 2815—2817).
de Rhoer, Dissertatio de effectu religionis christianae in jurisprudentiam Romanam [1776].
E Riehm-C. H. van Rijn, Slaaf, slavin (in: Bijbelsch Woordenboek II pp. 768—777).
A. Rivière, L'église et l'esclavage [Paris 1864].
A. Röttscher, Die Aufhebung der Sklaverei durch das Christentum [Frankf. a. M. 1887].
G. H. Scharling, Humanität und Christenthum in ihrer geschichtlichen Entwicklung [Gütersloh 1874].
F. Schaub, Studien zur Geschichte der Sklaverei im Frühmittelalter [Freiburg 1913].
*C. Schmidt, Essai historique sur la société civile dans le monde romain et sur sa transformation par le Christianisme [Strasbourg 1853]; Die bürgerliche Gesellschaft in der altrömischen Welt und ihre Umgestaltung durch das Christentum, übers. von A. v. Richard [1857].
*J. Schrijnen, Christelijke en ekonomische invloed op de vervorming der slavernij (in: Uit het leven der Oude Kerk [Bussum-Utrecht 1919] pp. 289—301).
*W. Soltau, Humanität und Christentum in ihren Beziehungen zur Sklaverei (in: N. J. Kl, Alt. [1908] pp. 335—351).
*W. Staerk, Neutestamentliche Zeitgeschichte I, II [Berlin-Leipzig [2]1912].
J. Stalker, The social teaching of Jesus (in: Expositor [1901]).
*A. Steinmann, Sklavenlos und alte Kirche, eine historisch-exegetische Studie über die soziale Frage im Urchristentum [[1·2]1910] (= Apologetische Tagesfragen, 8 Heft) (= Skl. a. K.),
A. Steinmann, Die Sklavenfrage in der alten Kirche (in: Wiss. Beilage zur Germania 8—12) (rec. H. Windisch, D. L. Z. [1911], coll. 336 sq.).
*A. Steinmann, Paulus und die Sklaven zu Korinth, 1 Kor. 7, 21 aufs neue untersucht [Braunsberg 1911] (= P. Skl. K.), (rec. H. Windisch D. L. Z. [1912] coll. 1172 sq.).
*A. Steinmann, Zur Geschichte der Auslegung von 1 Kor. 7, 21 (in: Theol. Rev. XVI, [1917] coll. 340—348, 470).
Stephinsky, Sklaverei (in: Kraus, Real-Enc. d. Chr. Alterthümer II, [1886] pp. 759—762).
Stöcker, Die Bibel und die sociale Frage [[2]1890].
E. Teichmüller, Der Einfluss des Christentumes auf die Sklaverei im Griech.-Röm. Altertum [Dessau 1894].
*E. Troeltsch, Die Soziallehren der christlichen Kirchen und Gruppen (in: Arch. f. Soc. W. u. Soc. Pol. XXVI—XXX) (= Gesammelte Schriften I [Tübingen 1912]).
*M. Troplong, De l'influence du Christianisme sur le droit civil des Romains [Paris [1]1844; 1855]; Nouv. éd. commentée aux points de vue philosophique, juridique et theologique de tous les temps par l'abbé Bayle [Tours 1902].

*G. Uhlhorn, Der Kampf des Christentums mit dem Heidentum. Bilder aus der Vergangenheit als Spiegelbilder für die Gegenwart [Stuttgart ⁴1886].
G. Uhlhorn, Die christliche Liebestätigkeit I [Stuttgart ²1882].
G. Uhlhorn, Sklaverei. Verhältnis des Christentums zu derselben (in: H. R. E. XIV [²1884] pp. 345—351).
J. G. Vaihinger, Sklaverei. Verhältnis derselben zum Christenthum (in: H. R. E. XIV [¹1861] pp. 473—479).
M. Vernes, Histoire sociale des religions I [1911].
E. Vogt, Sociales Leben in der ersten Kirche [Breslau 1911].
*A. de Waal, οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας (Phil. 4^{22}) (in: Röm. Quartalschr. pp. 160—164).
v. Walter, Die Sklaverei im Neuen Testament (in: Bibl. Zeit- u. Streitfr. [1915] (rec. Stocks in Z. K. G. [1916] pp. 172 sq.).
H. Weinel, Die Stellung des Urchristentums zum Staat [Tübingen 1908].
J. Weiss, Die christliche Freiheit nach der Verkündigung des Apostels Paulus [Göttingen 1902].
C. Weizsäcker, Das apostolische Zeitalter der christl. Kirche [Tübingen-Leipzig ³1902]
*P. Wendland, [rec. A. Deissmann, Licht vom Osten] (in: Deutsche Litt. Zeit. [1908] coll. 3141—3147).
*P. Wendland, Die Hellenistisch-römische Kultur in ihren Beziehungen zu Judentum und Christentum (= Handb. z. N. T. I, 2 [Tübingen 1907, ²·³1912]) (= H. R. K.).
*H. Windisch, Das neue Testament im Lichte der neu gefundenen Inschriften, Papyri und Ostraka (in: N. J. kl. A. [1910] pp. 201—222).
*H. Windisch, Der messianische Krieg und das Urchristentum [1904].
*H. Wiskemann, Die Sclaverei. Eine von der Haager Gesellschaft zur Vertheidigung der christlichen Religion gekrönte Preisschrift [Leiden 1866].
G. Wohlenberg, Bilder aus dem altkirchlichen Leben einer heidnischen Grossstadt (in: Neue kirchl. Zeitschr. XI [1900], pp. 904—918, 957—984).
*R. H. Woltjer, Het Woord Gods en het Woord der Menschen [Utrecht 1913] (= W. G. W. M.).
*Th. Zahn, Sklaverei und Christentum in der alten Welt [Erlangen 1879] (= Skizzen aus dem Leben der alten Kirche [Leipzig ³1908] pp. 116—169).
J. de Zwaan, Antieke Cultuur om en achter het Nieuwe Testament [Haarlem 1916, ²1918].

Opera, quibus de nominibus propriis agitur.

S. Copalle, De servorum Graecorum nominibus capita duo [Marpurgi Cattorum 1908].
*K. Erbes, Zeit und Ziel der Grüsse Rom. 16^{3-15} und der Mitteilungen 2 Tim. 4^{9-21} (in: Z. N. W. X [1909] pp. 128—147, 195—218).
*A. Fick-F. Bechtel, Die griechischen Personennamen [Göttingen ²1894].

*M. Lambertz, Die griechischen Sklavennamen I [Wien 1907], II [Wien 1908] (rec. L. Pschor in: D. L. Z. [1909], coll. 2009—2012, 2143].

*H. Meyersahm, Deorum nomina hominibus imposita [Kiel 1891].

W. Pape-G. E. Benseler, Wörterbuch der griechischen Eigennamen I, II [Braunschweig 1863—1870].

*G. Thieme, Die Inschriften von Magnesia am Mäander und das N. T. [Leipzig 1905, Göttingen 1906].

Opera, quibus imprimis de N. To. agitur, in hoc opere allata (libris commentariis ad N. Tum. explanandum scriptis, exceptis).

*J. M. S. Baljon, Grieksch Theologisch Woordenboek [Utrecht ^{2}1908].

*P. J. Biesterveld, De jongste Methode voor de verklaring van het Nieuwe Testament [Kampen 1905] (= J. M.).

*A. Bischoff, Exegetische Randbemerkungen (in: Z. N. W. IX [1908], pp. 167 sq.).

*H. Böhlig, Zum Begriff Kyrios bei Paulus (in: Z. N. W. [1913], pp. 23—28).

*W. Bousset, Kyrios Christos [Göttingen 1913].

*H. Cremer, Biblisch-Theologisches Wörterbuch der Neutestamentlichen Gräcität [Gotha ^{10}1913].

*A. Dieterich, Nekyia [1893].

*W. Ebstein, Die Medizin im Neuen Testament und im Talmud [1903].

*O. Eger, Rechtswörter und Rechtsbilder in den Paulinischen Briefen (in: Z. N. W. [1917] pp. 84—108).

*O. Eger, Rechtsgeschichtliches zum Neuen Testament [Bazel 1918].

*P. Feine, Die Abfassung des Philipperbriefes in Ephesus, mit einer Anlage über Röm. 16, 3—20 als Epheserbrief [Gütersloh 1916].

*P. Fiebig, Altjüdische Gleichnisse [1904].

*P. Fiebig, Die Aufgaben der neutestamentlichen Forschung in der Gegenwart [Leipzig 1909].

*Fonck, Die Parabeln des Herrn im Evangelium [Innsbrück 1902].

*F. W. Grosheide, De verwachting der toekomst van Jezus Christus [Amsterdam 1907].

*F. W. Grosheide, Nieuw-Testamentische Exegese [Amsterdam 1912].

*F. W. Grosheide, Beknopte Grammatica op het Grieksche Nieuwe Testament [Kampen 1912].

*G. Heinrici, Gleichnisse Jesu (in: H. R. E. VI [^{3}1899] pp. 688—703).

*S. Herner, [Die Anwendung des Worten κύριος im N. T. (lingua Suecica)] (in: Lunds Universiteit Arsskrift XXXVIII, 1, 4 [1903]); [rec. A. Deismann in: D. L. Z. [1906] coll. 588 sq.].

*H. J. Holtzmann, Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in das Neue Testament [Freiburg i. B. ^{3}1892].

*A. Jülicher, Die Gleichnisreden Jesu II [Tübingen ^{2}1910].

*A. Jülicher, Einleitung in das Neue Testament [Tübingen $^{5 \cdot 6}$1906].

*C. M. Kaufmann, Handbuch der christlichen Archäologie [Paderborn ^{2}1913].

*H. J. Kouwenhoven, Paulus' beroep op de lidteekenen van den Heere Jezus in zijn lichaam (in: Ger. Theol. Tijdschr. [1912] pp. 105—115).
*J. H. Moulton, A Grammar of New Testament Greek I (Prolegomena) [Edinburgh [3]1908].
*J. H. Moulton-G. Milligan, The Vocabulary of the Greek Testament, illustrated from the Papyri and other non-literary sources [London, New-York I 1914, II 1915, III 1919].
*A. T. Robertson, A Grammar of the Greek New Testament in the light of historical research [London [3]1919].
*W. Scheffer, De vocis absolutae κύριος in N. T. usu [Amstelodami 1856].
*A. Schumann, Paulus an Philemon [Leipzig 1908].
*F. Sieffert, Das Recht im Neuen Testament [Göttingen 1900].
*Steck, Plinius im Neuen Testament (in: Jahrb. f. prot. Theol. [1891]).
*Thackeray, A Grammar of the Old Testament in Greek I [1909].
*A. van Veldhuizen, De Vrouwen van Korinthe (in: Nieuwe Theol. Stud. II [1919] pp. 297—307).
*J. Weiss, Die Aufgaben der neutestamentlichen Wisschenschaft in der Gegenwart [Göttingen 1908].
*P. Wernle, Paulus als Heidenmissionar [Tübingen [2]1909].
*Wilcken, Aristobulos (10) (in: P. W. R. E. II [1896] col. 910).
*Winer, De sensu vocum κύριος et ὁ κύριος in Actis et Epistulis Apostolorum [Erlangen 1828].
*J. Woltjer, De berichten der Heidensche schrijvers aangaande Christus (in: Alm. v. h. Stud. Corps a. d. V. U. [1912] pp. 143—155).
*J. T. Wood, Discoveries at Ephesus [London 1877].
*Th. Zahn, Einleitung in das Neue Testament I [Leipzig [3]1906].

Ἀπολύτρωσις.

J. G. Bok, Disquisitio exhibens Pauli Apostoli Doctrinam de τῇ ἀπολυτρώσει [Amstelodami 1856].
W. J. Goedbloed, Het begrip „apolutrosis" in het Nieuwe Testament (in: Ger. Theol. Tijdschr. XV [1914—1915] pp. 356—364).
B. B. Warfeld, „Redeemer" and „redemtion" (in: The Princ. Theol. Rev. XIV, 2 [1916], pp. 177—201).
J. Wirtz, Die Lehre von der Apolutrosis untersucht nach den H. Schriften und den Griech. Schriftstellern bis auf Origenes einschliesslich [Trier 1906].

APPENDIX II.

INDEX LOCORUM VETERIS ET NOVI TESTAMENTORUM, IN HOC OPERE ALLATORUM.

A. V. T.

CONTINENTUR

THESES.

I.

Curtius Rufus, de quo Tacitus (Ann. XI, 20, 21) agit, idem est atque Curtius Rufus rerum scriptor.

II.

L. Cincius, qui opera ad antiquitates et ad rem grammaticam pertinentia scripsit, discernendus est a L. Cincio Alimento annalium scriptore.

III.

Thucyd. Histor. III, 16 (ed. C. Hude):

καὶ ἠγγέλλοντο καὶ αἱ περὶ τὴν Πελοπόννησον τριάκοντα νῆες τῶν Ἀθηναίων τὴν περιοικίδα αὐτῶν πορθοῦσαι . . . .

Cum Steupio (Thukydides, erkl. von J. Classen-J. Steup III [Berlin 1892]) delenda est vox q. e. *τριάκοντα*.

IV.

In lege Solonis in Digestis (X, 1, 13) allata, ubi est: *ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρυγῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν*, vocabulum q. e. *ὀρυγῃ*, quod a plerisque editoribus mutatur in *ὀρύττῃ*, interpolatum est. Legendum esse *οἰκοδομῇ* Graeca Halensis (Dikaiomata, [Berlin 1913] p. 68) iure scribit.

V.

Soph. Oed. Tyr. 19—21 (ed. Dindorf-Mekler):

τὸ δ' ἄλλο φῦλον ἐξεστεμμένον
ἀγοραῖσι θακεῖ πρός τε Παλλάδος διπλοῖς
ναοῖς ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ.

Cum Nabero (Mnemosyne N. S. IX [1881], p. 222) vs. 21 legendum est: *τε μαντείας πέδῳ*.

—

VI.

Eurip. Iph. in Taur. 113 sq.:
ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων ὅποι κενὸν
δέμας καθεῖναι·
Sic codices. Nihil est mutandum.

VII.

Caes. de Bell. Gall. IV, 10 (ed. C. Nipperdey):
Mosa profluit ex monte Vosego, qui est in finibus Lingonum, et parte quadam ex Rheno recepta, quae appellatur Vacalus † insulamque efficit Batavorum, in Oceanum influit neque longius ab Oceano milibus passuum LXXX in Rhenum influit.
Legendum est: . . . . quae appellatur Vacalus neque longius a Rheno milibus passuum LXXX in Oceanum influit.

VIII.

Verg. Aen. X 857:
. . . . quamquam vis alto volnere tardat.
Sic plerique codices. Cum Schapero (Vergils Gedichte, erkl. v. Th. Ladewig-C. Schaper) III [Berlin [9]1904], legendum est:
. . . . quamquam vis alto volnere tarda est.

IX.

Lucr. de rer. nat. VI, 1242—1251 ita legendi et interpungendi sunt:

qui fuerant autem praesto, contagibus ibant
atque labore, pudor quem tum cogebat obire
blandaque lassorum vox mixta voce querellae.
lanigerae tamquam pecudes et bucera saecla
optimus hoc leti genus ergo quisque subibat.
inque aliis alium, populum sepelire suorum
certantes, lacrimis lassi luctuque redibant:
inde bonam partem in lectum maerore dabantur.
nec poterat quisquam reperiri quem neque morbus
nec mors nec luctus temptaret tempore talei.

X.

Ev. sec. Matth. 6^{11}; sec. Luc. 11^{3} (ed. E. Nestle):
Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον (Mt.) (*δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν* Lc.).

Vocabulum q. e. *ἐπιούσιος* cohaerere videtur cum *ἡ ἐπιοῦσα* [*ἡμέρα*], quare vertendum est: panem nostrum crastinum da nobis hodie.

XI.

Κάτοχοι, qui in papyris commemorantur, sua sponte in templo Memphitico Sarapidis se incluserant. De quibus recte Ganschinietz (in: P. W. R. E. X [1919] i. v.): „Ueber das Wesen derselben wissen wir freilich nichts Genaues; möglich, dass sie den ägyptischen *προφῆται* entsprachen, möglich aber auch, dass sie im Heiligtum des Sarapis in klösterlicher Organisation einem gottgefälligen Leben sich widmeten."

XII.

Iniuria K. J. Neumann (in: Gercke-Norden, Einl. in d. Altertumswissenschaft III [²1914] pp. 477—479) putat Leges Licinias-Sextias quae vocantur a. 196 a. C. n. latas esse.

XIII.

De eigennamen in Paulus' Brief aan de Romeinen, Cap. 16, zijn noch een bewijs vóór, noch tegen de bestemming van dit gedeelte voor de Romeinen.

XIV.

De opvatting, dat de oudste Christenen tot het einde der IIᵉ eeuw voor 't meerendeel bestonden uit slaven, vrijgelatenen, proletariërs en kleine burgers, is onjuist.

XV.

De meening van A. Deissmann, dat de Brieven van Paulus „Briefe" en niet „Epistel" zijn, dient in dien zin gewijzigd te worden, dat de meeste zijn een mengvorm tusschen beide.

XVI.

Ten onrechte beweert Th. *Mommsen*, Der Religionsfrevel nach römischen Recht (in: Ges. Schr. III [1907], pp. 389—422), pp. 418 v.: „Mit der Zerstörung Jerusalems und der Auflösung des jüdischen Staatswesens . . . . [hörte] die *gens Iudaeorum* . . . . auf, zu existiren; diejenigen Juden, welche die persönliche Freiheit behielten, können wenigstens zunächst nichts gewesen sein als *peregrini dediticii*."

XVII.

In de Oud-Romeinsche religie moet onderscheid gemaakt worden tusschen een Sabijnsch en een Latijnsch element.

XVIII.

Voor zoover dit uit de overlevering kan nagegaan worden, heeft Anaxagoras zelf zich niet nauwkeurig rekenschap gegeven van het wezen en de vermogens van den νοῦς.

XIX.

In de nieuwere historiographische theorieën is ten zeerste te waardeeren het meer op den voorgrond plaatsen der sociale factoren.

XX.

Het is wenschelijk, dat bij het onderwijs in de Oude Geschiedenis op de Gymnasia een veel ruimere plaats toegekend worde aan de Geschiedenis der Oostersche volkeren, dan het tegenwoordige leerplan voorschrijft.